chi con numeri, chi con figure di scriuere ad vn suo amico fingendo di darli notitia, che si troui nella città, & sol' hauerà bisogno di pane, parerà habbia bisogno di legne, & così di mano in mano scriuẽdo, parerà, che di quello hauerà bisogno, ne habbia grandissima douitia, ma colui che riceuerà la lettera, hauerà il contrasegno di quello, che richiederà, se hà vsato ancora portare lettere in vna balla di luto, & veduto, che haurà li Nemici, la hauerà lasciata cadere, & similmente in vn pezzo di cana, ouero legno busato, in vn pezzo di pane, in vn collare d' vn cane familiare di colui, che lo conduceua, & è stato vsato parimente portare delle lettere nelli luoghi secreti del corpo dell' huomo, & anco scritti con alcuni sughi, che mostrandoli al fuoco, ouero à bagnare si leggeuano, & in molti, & diuersi modi, perche tutto nasce, che 'l bisogno fa' l huomo industrioso, però concludendo dico, che in due cose sole si conosce quel capitano, che si ponerà alla difesa d' vna fortezza: l' vna è, c' habbia cuore da non temere la morte, nè gli strepiti, & pericoli dell' Arteglaria, & delle archibugiate, & parimente intelletto da sapere pigliare partito su 'l fatto contra le insidie, & offese de' Nemici, & se hauerà le due parti, sempre si potrà sperare ferma vittoria della sua operatione, con darli lode di vero, & buono soldato, quale non deue mai per niuna occasione credere niuna cosa, che dica, ò faccia il suo Nemico, quando bene paresse à lui, che gli tornasse à commodo, & vtile, ma sempre credere, che vi sia inganno coperto, perche li Nemici sempre cercano in diuersi modi gabbare quelli, che facilmente credono alli suoi detti, & operationi. Però il valoroso capitano deue sempre operare in tutte le sue attioni quello, che si conuiene nell' arte della guerra, acciochè nell' vltimo non si riduca à dire quella parola così pernitiosa, & dishonesta, non me lo credeua, & habbi creduto quello, che meno doueua credere. & questo è il parer mio sopra le cose dette, le quali appresento all' Altezza Vostra per la sua domanda fattami.

salarijs inescatos habeat exploratores, verendum est, ne facile succumbat. Magno enim auxilio est consiliorum hostis cognitio, & bonorum vel malorum exploratorum medio aut acquiritur aut amittitur Victoria.

Campana.

Non permittet loci Gubernator, præcipuè vero tempore nocturno, vt pulsentur campanæ, ne ad indicandas etiam horas, facili enim negotio ab intelligentib. posset hosti aliquod dari signũ. Quoad signa tum recipienda tum etiam danda, siue die siue noctu, ijs qui vel amici vel fœderati sunt in locis vicinis, varia ea sunt, & nulli astricta legi. Sunt qui dispositione maioris alicuius tormenti, sunt qui igne, qui fumo, qui paruis igniculis, qui magnis ignibus, qui paucis, qui multis, qui in vno latere, qui in altero, qui in turre eminentiore sunt, qui alio in loco signum aliquod dant. Scripturæ quoque diuersæ ad hoc inueniuntur. Sunt qui ziferis diuersis, sunt qui numeris, sunt qui figuris scribere norũt amicis fingentes se in ciuitate esse, & si pane indigeant, videbitur quasi ligna desint, atque ita deinceps, vt eorum quorum maxima laborant penuria, videantur summam habere copiam: prout conuentum fuerit inter eos qui scribunt & eos qui litteras accipiunt. Litteræ hæ quoque secreto transferendæ sunt. Quidam luto eas inuoluunt, easque conspecto hoste in terram abijciunt: alij in arundine aut baculo lignoue terebrato eas abscondunt; alij in frusto panis, aut in collari canis domestici eius, ad quem scribunt eas occultant. Sunt qui litteras tales in locis corporis secretis pertulerint. Scribuntur & quædam peculiaribus quibusdam succis, qui non nisi igni admoti, aut aqua madidi characteres produnt. In summa, multi varijque sunt modi, ad quos inueniendos necessitas industriam hominum excitat, & excitat adhuc quotidiè. Dico itaque tandem concludens, duo præcipuè requiri in Capitaneo, cui defensio alicuius loci committitur. Primum vt impauidus sit ad pericula, neque mortem aut tormentorum fragorem aut sclopetorum grandinem metuat. Alterum est, vt ea sit & prudentia & experientia vt ex tempore & è re nata consilium capere possit, contra omnes hostis astutias & insidias. Si duabus hisce virtutibus sit ornatus, certa poterit sperari ex adhibita diligentia victoria, vnde & ipse nomen honoremque boni ac strenui militis reportet. Caueat interim ne vnquam eo se adduci patiatur, vt credat, quidcunque etiam dicat aut faciat hostis, quidcunque etiam ipsi videatur, quicquam sibi emolumenti ex hostis machinationib. accedere posse: sed certò semper statuat, vel in iis quæ videntur commodissima, insignem subesse fraudem. Hoc enim semper studet hostis, vt eos qui facile credunt, decipiat. Prudens autem Capitaneus, eò semper secundum artem & disciplinam militarem, omnes suas diriget actiones, vt non opus sit tandem turpi & strenuo viro indigna illa excusatione *non putaram:* quod illis accidit qui credunt ea quæ minimè sunt credenda. Hæc ea sunt quæ de hisce rebus dicenda putaui: quæ Celsitudini Vestræ offero, quemadmodum & ab ea requisitus fui.

Signa quæ alijs in longinquo etiam dantur.

BREVE

BREVE

SOMMARIO, ET CONSIDERATIONE, CHE SI DEVE HAVERE NEL FARE DELLE FORTEZZE, ET DELLE COSE, CH' ASSICURANO GLI STATI A' PRINCIPI, SI PER NATURA, come per arte.

BREVE SUMMARIUM EORUM QUÆ IN MUNIENDO ALIQUO LOCO SUNT CONSIDERANDA, ET *QUIBUS DOMINIA PRINCIPUM, SIVE ARTE, SIVE NATURA tuta redduntur.*

Per Natura tre cose sono, che assicurano gli Stati à Principi.

Monti alti, pieni di dirupi, & difficili nel passarli.

Fiumi reali, & nauigabili.

Paludi grandi & fortiui.

Per Arte;

Fosse profonde, & larghe.

Fianchi reali, & sicuri.

Argini di terreno, alti, & larghi.

Lo sito, che si vorrà per elettione fortificare, bisogna, ch' egli habbia.

Acqua buona in copia grande,

Terreno buono priuo di giara, & di Sabbione.

Legna in abondanza.

Sei cose si richiede a fare la fortezza di muraglia.

Calcina perfetta,

Pietre,

Huomini,

Animali,

Spesa intolerabile,

Et danno di Popoli.

Per difendere la Fortezza bisogna hauere

Soldati à piedi, & à cauallo,

Vettouaglie d' ogni sorte,

Munitione,

Artigliaria grossa, è minuta;

Tria sunt quibus Natura Dominia Principum tuetur. Nimirum

Alti & prærupti montes, per quos difficilis est transitus.

Magni & Nauigabiles fluuii.

Magnæ & stagnantes paludes.

Arte autem redduntur tuta, aut saltem muniuntur & defenduntur

Latis profundisque fossis,

Fortibus & commodis propugnaculis,

Altis & latis aggeribus è terra congestis.

Locus autem quem quis muniendum deligit, habeat

Aquam bonam aut salubrem in magna copia,

Terram bonam & firmam absque silicibus & arenis,

Lignorum copiam & abundantiam.

Si muris sit circumdanda munitio, tum sex sunt requisita:

Calx bona & bene subacta.

Lapides.

Homines

Animalia.

Magnæ & ferè intolerabiles expensæ.

Et demum damnum ciuium.

Ad defensionem munitionis requiruntur

Milites, tum pedites, tum equites.

Fede,
Ingegno,
Valore.

Et sopra il tutto Danari, senza il quali nulla si può fare.

In quattro modi s'occupano le fortezze, & di queste li grandi, & piccioli se ne vagliono secondo le occasioni, che se gli appresentano, & torna commodo. Però

Quando con [illegible]ua forza de gli huomini.
Quando con assedio.
Quando con il tradimento.
Quando con machinationi.

Alla prouisione delle quali cose il Prencipi con l'interuento de' suoi seruitori da guerra hanno cercato prouedere in tutte le maniere, che fosse possibile, contra le forze gli hanno terminato le fosse profonde, & larghe, muraglie alte incatenate con gagliardi speroni, ripieni di buonissimo terreno, è perche queste muraglie siano difese dalla parte di fuori, gli hanno terminato li Bal. ardi per fianchеggiare, & difendere la circonferentia delle mura, sopra alle quali dalla parte di dentro gli hanno terminato li caualieri di terreno, per potere offendere i nemici nell allogiamento, & parimente difendere la fortezza all intorno. Contro all assedio poi hanno terminato, che dentro al seruitio delle mura sia grandissima quantità di vettouaglia d ogni sorte di monitione, & instrumenti da guerra, acciò la fortezza sia custodita, di notte con le sentinelle, & squaraguaite, facendo li corpi di guardia nelli luoghi terminati, & necessary, dandogli nomi diuersi, & cauando li custodi à sorte, ponendo i soldati d'vn capitano sotto all'altro, per interrompere i maluagi pensiere, c'hauessero contra il Prencipe. Di giorno poi pongono le vedette ne' luoghi pericolosi, & particularmente queste operationi si fanno nelle fortezze confinanti co nemici, & perche si di notte, come di giorno possono li custodi deputati alla custodia delle fortezze fare il debito suo nell' vdire, & nel vedere hanno ordinato similmente i Prencipi, che all intorno della Città, & Castella, che saranno custodite gli siano fatte le spianate di tutte le sorti d habitationi, & di materia ingombrante, acciochе la veduta resti libera, & gli romori, & strepiti, che dalle habitationi escano siano del tutto estirpati, & lasciata libera la fortezza.

Di due sorte fortificationi si fanno ne gli Stati de' Prencipi, & per conseruatione di quelle vna è rassettamento, & l'altra reale. Questi rassettamenti si fanno in certa sorte di sito, doue i nemici haueßero da passare col corpo dell' essercito formato, o farlo soggiornare dieci, & quindeci giorni, accioche fra questo tempo quelli che fossero nella [illegible] [illegible]

Omnis generis annona.
Commeatus & arma necessaria.
Tormenta & magna & parua.
Fides.
Ingenium.
Strenuitas.

Super omnia autem pecunia, sine qua nihil effici potest.

Quatuor modis superantur vel munitissima castra; ex quibus & maximi & minimi, eos eligunt quos offert occasio, aut quos commodiores sibi putant.

Aliquando vi, & hominum multitudine.
Aliquando, obsidione diuturna.
Aliquando proditione.
Aliquando etiam fraudulenta machinatione.

His autem Principes consilio & auxilio suorum ministrorum bellicorum quibuscunq; possunt modis præuenire conantur. Contra vim tutantur eas latis & profundis fossis, muris altis & bene firmatis, adiecta etiam bona terra. Vt autem & hi muri foris ab hostium insultu defendantur: habent & sua propugnacula quæ bastiones vocant, ita disposita, vt totum murorum circuitum per latera tueri possint. Intra muros suos quoque habent dispositos aggeres in altum erectos, è quibus & se vndique defendere, & hostem quoque è longinquo offendere possunt.

Contra obsidionem diuturnam procurant vt intra muros sit magna annonæ aliorumq; ad eam tolerandam commeatuum & bellicorum instrumentorum copia: & vt nullum sit periculum, noctu excubias tum stantes, tum ambulatorias, & vigiles locis idoneis & necessarijs disponunt, datis etiam tesseris diuersis. Vigilias item sorte ducunt, & tribunos mutant, vt si quæ sint fraudulentæ contra Principem machinationes; irritæ illæ fiant. De die autem speculatores in locis periculosis & suspectiorib. collocant. Hęc autem diligētia præcipuè adhibetur ijs in locis, quæ hostem habent in vicinia. Et vt tam vigiles quam speculatores noctu, dieq; suum, vt par est, facere possint officium, omnia obseruantes quæ in cāpo fiunt, procurant quoque Principes, vt omnes habitationes, & omnia ea quæ prospectum impediunt, complanentur, atq; hinc prospectus liber, & ipse locus ab omni tumultu qui ex illis habitationibus oriri posset, securus sit.

Duo sunt munitionum seu fortificationum genera, quibus Principes ad Dominiorum suorum defensionem vtuntur. Quorum alterum leue, & quasi tumultuarium, alterum autem elaboratum est. Leui autem tumultuario vtuntur, in iis locis, quà sciunt hosti cum toto suo exercitu transeundum: [illegible] *Tumultuaria munitio.*

tessero prouedersi di tutte le cose, che gli facessero bisogno. Gli è vero, che se il capitano, che guidarà l'essercito sarà soldato prattico, & auuertito, non soggiornerà con tutto il corpo, ma solamente gli lascierà secondo la qualità delli luoghi vn picciol numero di soldati con due, ouero tre pezzi d'arteglaria grossa, per distruggere il luogo, & impadronirsi di quello con il restante, poi se ne andarà à far l'impresa ordinata. La fortezza reale poi si difende & conserua gli Stati alli Principi, quando però sarà fatta nella maniera, che si dirà, & munita di tutte le cose necessarie alla difesa, nella quale fortificatione sono necessarie dalla parte di fuori le strade coperte, fosse gagliarde, beloardi, luoghi per le sortite sicuri, terragli doppi, dalla parte di dentro parapetti, caualieri di terreno, & non di muraglia, sopra li quali se gli hà da ponere l'artigliaria grossa per dislongare i Nemici, & parimenti ruinare tutte le machine [illegible] quelli facessero per offendere la fortezza.

L'accamparsi sotto alle fortezze è in diuersi modi, secondo li siti, & qualità delle fortificationi, & parimente giudicio de gli huomini. Però quando se gli pongono lontane, & con li gagliardi ripari se gli auuicinano, & quando immediate se gli và và appresso con simplici gabbioni, & questo auuiene quando nella fortezza non si troua artigliaria grossa, ouero capo, che la sappia difendere, soggiungendo essere vero, che inauuertentemente quelli, c'hauessero fortificato la fortezza potriano hauer lasciato vicino alla fortezza alcun'argine, fosse, ouero altra sorte d'impedimento, che assicurassere i Nemici nell'approssimarsi.

Quanto alle batterie dico, che di due sorti si fanno, vna reale per fare la strada a soldati, che possino entrare. L'altra per leuare le difese à quelli di dentro, accioche combattendo combattino con suo disauantaggio, restando scoperti, & questa è la prima batteria, che conuiene fare, quelli, che intendono l'arte del guerreggiare, & dello stringere le fortezze. Et quando, che li difensori hauerranno la batteria reale, faranno dalla parte di dentro le sue ritirare fiancheggiate con altri, & diuersi rimedy, secondo l'industria di chi difende.

Le trincere si fanno parimente in diuerse maniere, alcuni le fanno con molti giri, & con le sue piazze per li soldati che le difenderanno, insieme con li guastadori; & alcuni le fanno rette con diuersi tronchi à modo d'arbore tagliato, facendole in modo che vno non iscopra l'altro.

S'vsa parimente, per l'offesa le ruine, & che le vsa sotterranee, è chi in superficie della fossa nella grossezza della muraglia, & anco nel terreno, contro alle quali operationi dalla parte di dētro si fanno molti pozzi con le sue strade, che da quelli si partono per incōtrare i nemici, accioche la fattica,

geres ducunt, eosque pro renata firmant, vt hostem ibi aliquandiu remorentur, vel saltem ad decem aut quindecim dies detineant, dato interim tempore ijs qui in elaborata sunt munitione, quo sibi de omnibus rebus necessarijs prospicere possint. Sed si hostilis exercitus Dux miles sit exercitatus, non facile ibi se retineri patietur, verum relictis ibi paucis militibus cum aliquot tormentis, qui leuem illam munitionem expugnent, progredietur cum reliquo exercitu, vt quantum possit, propositum suum promoueat.

Elaborata munitio. Elaborata autem munitio & se & Principis Dominium defendere potest, si debito modo constructa, & omnibus ad defensionem necessarijs sit instructa. Foris autem necessariæ sunt, viæ tectæ, fossæ profundæ, propugnacula, exitus securi, fossæ duplices. Intus vero antepectoralia aggeres in altum congesti, non è lapidibus, sed terra, quibus imponantur tormenta, ad remouendos hostes, & conquassandas eorum machinas, quibus munitioni nocere possent.

Accessus ad munitionem. Diuersis modis accedit hostis etiam sub ipsam munitionem; secundum eius situm & qualitatem defensionum, & secundum diuersa hominum iudicia. Vnde aliquando, quamuis in longinquo castrametati, accedunt paulatim fortibus tecti defensionibus: aliquando primis castris accedunt pluteis aut prægrandibus corbibus terra repletis tecti. Quod plerumque fit, cum præsentiunt locum non esse maioribus tormentis instructum, à quibus aliquid sit periculi; aut præfectum non esse defensioni parem, quibus accedere posset, si illi qui locum munierunt, per incuriam aut imperitiam, aggerem aliquem, aut fossam, aut simile quippiam reliquissent, quo hostis accedens se tutari posset.

Batteria seu aggeres tormentarij. Quoad aggeres tormentarios, (Batterias vocant) dico duos esse faciendos, nempe præcipuum alterum, ex quo murus ita concutiatur vt militibus per eius ruinam pateat ingressus in locum obsessum: lateralem alterum, ex quo ab vtroque latere obsessis defensiones adimantur, vt illi detecti & hostium ictibus expositi, cum detrimento & periculo pugnent si se defendere velint. Et hæc prima batteria est, quæ primo quoque aduentu est curanda ijs qui artem militarem, modumque arctandi ciuitates & munitiones percepisse videri volunt. Huic autem ruinæ defensores nouos aggeres opponunt, è quibus ingredientem hostem per latera excipiunt, cum alijs inuentionibus quæ solertia humana metu excitata suggerit.

Cursorij aggeres Cursorij aggeres diuersis quoq; fiūt modis: Aliquando

& imaginatione sua riesca vana, & fallace. Et si potesse nascondere due cose nel fare la mina, saria per parer mio, la più ottima, & sicura operatione, che si potesse fare nell' oppugnare le fortezze; ma perche il moto non si può celare, & il terreno, che si caua da quelle non si può nascondere, il più delle volte questa operatione riesce fallace. La onde dico, che nel fare della fortezza sopra il tutto si conuiene auuertire fatta che sia, ch' ella impedisca i fatti a nemici, & che per via di quella si possa entrare nel lara paese con sicurtà à danneggiarli, soggiungendo, che con facilità si possa soccorerla contra al volere delli predetti nemici, perche tutte le fortezze, che non si possano soccorrere senza impedimento, & con facilità, per parere mio si perderanno, perche il tutto consiste nelli soccorsi, la qual perdita poi di quanto danno possa ridondare à chi l' hauerà fatta fare, lo considerino quelli, che nell' arte della guerra sono periti, & pieni di esperienza. Però resta, che quelli, che consigliano i Principi à fare di molte fortezze, considerino bene se il farne molte gli potria giouare, ò nuocere, perche quanto à me credo, ch l' hauerne gran numero non sia la stabilità sua, possendoli cosi nuocere, come giouare. Concludo che nel fare molte fortezze si richiedono molte cose, si come è detto, spesa intolerabile nel guardarle al tempo di pace, monitioni, vettouaglie infinite, & vn essercito gagliardo di dietro à ciascuna di quelle, per difenderle, senza quello, che facesse bisogno per soccorrerle, occorrendo tal volta, che se bene si considerasse, meglio saria, per parer mio, che i Principi non hauessero nelli loro stati, se non poco numero di fortezze, perche meno trauaglio sarebbe il loro, & auanzarebbono di molti denari, per potere poi secondo l' occasione preualersi di quelli nel tempo delli stretti bisogni, perche se bene vn Principe hauerà nel suo Stato molte fortezze sarà sforzato però venendo occasione mettere vn essercito in campagna per tenere in timore quelli, che volessero venire alli suoi danni, & parimente conseruare il suo popolo, perche se hauerà molte fortezze, & che non habbia essercito in campagna, li Nemici facilmente saranno padroni di quelle è viueranno del suo, talche facendo i nemici di forti nelli luoghi necessary per vietare le soccorsi alle fortezze del Principe di cui sono, in breue tempo cascaranno nelle sue mani; la onde per le ragioni dette si conosce, che il fare molte fortezze, non è la vera sicurtà, de gli stati di quelli Principi, che le fanno fare, ma si bene priuarsi di denari, tenerli in manifesto pericolo da esserli tolte dalle mani nelle maniere predette Et questo mi pare di potere dire quanto mi occorre nel presente discorso.

Sono certo che l' Eccellenza Vostra sà, & hauerà visto in diuersi tempi, & parimente da diuersi, ò udito l' opinione loro sopra la fossa asciutta, oue-

quando enim multis producuntur gyris, relicto ad transitum militum quibus eorum defensio demandata est, spatio, in quo & fossores se exercere possint. Aliquando autem diuersis extenduntur ramis aut brachiis, ita directis vt se inuicem operiant.

Cuniculi. Cuniculis quoque hostes aut obsidentes ad offensionem vtuntur: aliquando subterraneis, aliquando saltem in ipsam terræ superficiem depressis, nempe cum ad murum aut vallum eiusq; latera per fossam progrediendum est. Sed quibus obsessi quoque actis cuniculis obuiam progrediuntur, hostisque conatum irritum faciunt. Optimus hic quidem meo iudicio & facillimus esset, vel munitissima expugnādi castra modus, si duo hæc abscondi possent, motus nimirum, & terra quæ è cuniculis egeritur. Sed quoniam hæc celari non possunt, facile fit, vt hostes in opere deprehensi, & spe frustrentur, & cum damno retro cedere cogantur. Dico itaque, in muniendo aliquo loco, huc præcipuè respiciendum, vt omnia hostium consilia impediantur: vt facilis per eum in hostilem terram & securus sit ingressus; quibus & hoc addendum, vt auxilia commode eo etiam inuito hoste adduci possint. Omnes enim munitiones quibus non potest succurri absque impedimento, meo iudicio in periculo sunt: præcipua defensionis pars in subsidiis aut auxiliis cōsistit. Et quanto cum damno eius qui iustruxit amittantur, facile intelligent illi qui rerum bellicarum gnari & periti sunt.

An plures munitiones exstruendæ. Superest itaque, vt illi qui Principibus autores sunt, vt multas muniriones in ditionibus suis exstruant, attentè considerent, an illa multitudo adiumento, an verò damno ipsis sit futura. Ego quidem certò statuo magnum munitionum numerum, non admodum conducere ad conseruandum Principis Dominium, cum tam obesse, quam prodesse ei possit. Certum enim est quod ad multarum munitionum constructionem & instructionem multa requirantur, ad quæ comparanda, vt superius monui intolerabiles sumptus faciendi sunt. Pacis etiam tempore in earum custodia & annona, & commeatu copioso, vnà cum sic satis magno exercitu per eas diuiso erit opus. Quid igitur belli tempore, quo etiam quandoque subsidium & auxilium erit necessarium? Quo benè matureque considerato, magis è re Principum fore existimo, si paucas in suis Dominiis habeant munitiones, quam si numerosis grauentur. Minore enim labore & dispendio viuent, magnumque pecuniarum summam in Thesauris reseruabunt, quibus postea vrgente aliqua necessitate commodè vti poterunt. Si enim Princeps multas in sua ditione habeat munitiones, cogetur aliquando præter præsidia ordinaria

etiam

to con acqua; la onde credo, che da alcuni l' hauerà inteso, che vorriano l' acqua nella fossa per maggior sicurtà, & ad alcuni altri piace che sia asciutta, per lo che sono certo, che ancora ella l hauerà fisso nell' animo suo qual delle due sia meglio, però dico per parer mio, che sopra dell' vna, & dell altra opinione si può parlare generalmente, perche si come le fortezze si fanno, si difendono, & si offendone secondo li siti così parimente l' acqua nello fosse può secondo li siti nuocere, & giouare, l' acqua potria giouare al tempo di pace essendo la fortezza piccola, & vicina à luoghi de' suoi nemici, che in pochissime hore la potessero salire di notte ad vn subito, & che in quella fosse poca quantità di soldati per defenderla, per questa causa l' acqua potria giouare essendouene però in essa fossa gran quantità & che fosse sortiua accioche li nemici non la potessero leuare, potria ancora essendoui l' acqua della qualità predetta giouare contra la mina, quantunque questa operatione sia fallace, & particolarmente nelle fortezze de' piani, & questi sono per parer mio li beneficij, che si possone riceuere dall' acqua quantunque gelandosi nella fossa al tempo del verno può rendere facile la salita alli nemici. Però quando si ritrouerà vna fortezza bene armata di soldati, ò delle altre prouisioni necessarie per difenderla al tempo d' vna guerra aperta, la fossa asciutta può giouare, perche i soldati potriano habitare in quella con case matte & con altri ripari, difendere la strada coperta far sortite, leuar la batteria, che facessero i nemici, abbrusciare fascinate con altre sorte d' impedimenti di legname che fussero dalli Nemici predetti poste nella fossa per leuarli la difesa, & salire nella fortezza. Appresso à questi segnalati beneficij vi ne seguono molti altri come che diuersi habitanti del paese si possono saluare in essa con li loro bestiami, & parimente riceuere souente da ogni lato vettouaglie, & munitioni di ogni sorte, che fossero portate da vn numero di caualleria leggiera, & parimente dalla fantaria, come si costuma al tempo della guerra, poluere, piombo; farina, pane, denari, con altre sorte di munitioni, & vettouaglie, scaramuciando si possono gittare nella fossa, essendo asciutta, che il tutto sarà sicuro, & raccolto da quelli di dentro, che per lo contrario essendoui l' acqua non si potriano riceuere tali beneficij, la onde concludendo dico per parer mio, che molto meglio è, per quelli, che difendono vna fortezza della qualità predetta, hauere la fossa asciutta, dalla quale ne potranno nascere tutte quelle honorate fattioni, che li difendenti si andassero imaginando di volere fare contra nemici, & di più dico, che se la fossa sarà asciutta in caso, che da quello, che gouernasse la fortezza fosse stato mandato fuori di quella soldati per fare alcune fattioni cõtra nemici

etiam iustum in campum producere exercitum, qui frenum & timorem hosti ad eius damna properanti iniiciat. Quod nisi faciat hostis eas nullo ferè negotio occupabit: idoneis enim in locis castella eriger, quæ auxilia impediant, vnde deficiente & auxilio & commeatu, vltrò in eius se dedent manus. Apparere itaque ex his & prædictis rationibus puto, multitudinem illam munitionum nil admodum facere ad Principum eorumque Dominiorum securitatem; sed potius ipsorum exhaurire æraria, præter manifestum periculum, ne hosti aliquando tuta præbeant receptacula. Et hæc quoque sunt quæ hoc discursu deducenda putaui.

De fossis disfertatio an sine vel aquis impleta sint meliores.

De cætero non dubito quin Ecc. Vest. antehac diuersis temporibus, & à diuersis militiæ peritis, audiuerit, inter milites quæri de munitionum fossis, vtræ meliores sint, sine nimirum aut aquis repletæ. Quorum quidem aliqui maiorem securitatem & defensionem ab aquis exspectant, alij vero siccas præferunt. Vtrorumque autem rationes Vest. Ecc. & cognitas, & mente reconditas certo scio. Dubiam tamen ego in genere puto manere quæstionem. Quemadmodum enim munitiones ædificantur, defenduntur & offenduntur pro situs commoditate & ratione; ita etiam aquæ pro situs ratione aut iuuare aut impedire defensionem possunt. Pacis quidem tempore vtilis erit aqua, in munitione parua & hosti vicina, qui noctu facile posset adductis scalis muros conscendere, & præsidijs, quæ magna non sunt, exturbatis, ea potiri. Copiosam tamen esse oporteret, & in ipsis fossis scaturientem, ne hostis quoque elam eam aliò deriuare posset. Vtilis quoque erit contra cuniculos: quamuis alias quoque is labor dubius est præcipue in ijs munitionibus quæ in locis planis sitæ sunt. Et hæc, vt ego sentio, præcipua sunt quæ ab aquis exspectantur commoda, neque absque periculo, nimirum, ne Bruma frigoribus congelatæ liberum hosti transitum præbeant. Si vero munitio bene sit armata, habeatque sufficientem ad defensionem militum numerum, vna cum commeatu, vt etiam aperto Marti possit resistere: tum sicca multum proderit fossa, vtpote in qua milites tuto sub suis tugurijs alijsque tectis habitabunt; vnde promptior etiam exitus tum ad defensionem viæ tectæ, tum quoque ad disijciendos aggeres, quos hostis extulisset, tum denique ad iniiciendum ignem in omnes machinas, quos hostis ad lædendam munitionem in propinquo erexisset. Præter hæc autem non contemnenda beneficia sunt & plurima alia commoda: nimirum, quod vicini agricolæ quoque cum suis iumentis & gregibus,

secondo l'occasione, essendo da essi nemici ributtati ritornandosi si potriano saluare da ogni lato nella fossa senza conuenire andare à trouare i luoghi terminati per saluarsi, che quando saranno sforzati tener tal'ordine, li nemici li potriano tagliare la strada, torli nel mezo, & fargli perdere la vita ma discorsa la ragione dell'vna, & dell'altra fossa potria V. S. far giudicio qual delle due sia meglio per conseruare, & difendere vna fortezza.

in eam tanquam in locum satis tutum, se possunt recipere: item quod vndique & annona & commeatus potest introduci, adhibita saltem aliqua leuis armaturæ equitum turma, vna cum certo peditum numero, qui vt in bellis fieri solet, inter velitationes, sarcinas suas in fossam abijciant, quas obsessi absque periculo excipiant. Quibus commoditatibus destituti essent fossis aqua stagnantibus. Concludo itaque commoditatem maiorem habere talis munitionis defensores, si fossa sicca sit, præter egregia facta quibus hoc modo, contra hostes datur occasio. Quibus & hoc addo; si forte a præfecto munitionis aliqui emittantur milites, ad egregium aliquod facinus contra hostem patrandum, neque res succedat; repulsis vndique in fossam tutus est receptus: neque peculiaris receptui locus quærendus est, vt fieri necesse est, fossis aqua repleris, vbi facile hostis eos intercipere, & ad vnum omnes occidere potest. Discussa itaque & examinata vtraque fossa: indicabit iam V. Ecc. vtra melior, & ad defensionem munitionis aptior sit.

RAGIONI, CON LE QVALI SI MOSTRA COME FERRARA SIA DELLA SEDE APOSTOLICA L'ANNO 1598.

RATIONES, QVIBVS PROBATVR FERRARAM AD SEDEM APOSTOLICAM SPECTARE DISCVSSÆ Anno 1598.

CHe la città di Ferrara sia della Sede Apostolica, oltra ch'è cosa notissima, per l'Historie di tutti quelli, c'hanno scritto, si proua per dichiarationi, & concessioni di diuersi Imperatori, de' quali si nomineranno alcuni. Secondo, è anco chiaro per confessione, & dichiaratione di quel popolo di Ferrara. Terzo, p recognitione di tutti i Duchi, che sono stati da 300. anni in quà di Casa d'Este Vltimo, per infinite Bolle, Concessioni, & inuestiture di sommi Pontifici, cominciando da Innocentio III. in quà, che di tutti i successori ci sono Bolle; oltre che diuerse volte Sommi Pontifici l'hanno per via di ragione, & per arme recuperata da mano di diuersi, che la voleuano occupare, & cominciando la prima, che diuersi Imperatori habbiano dichiarato tale città di Ferrara essere della Sede Apostolica.

Al tempo di Carlo Imperatore, figliuolo di Carlo

CIuitatem Ferrariensem Sedi Apostolicæ esse subditam, præterquam quod omnibus ex Historijs quæ eius aliquam faciunt mẽtionem compertissimum est, probatur declarationibus & concessionibus diuersorum Imp. ex quibus aliquos nominabimus: Deinde confessione & declaratione ipsorum ciuium: tertio, recognitione omnium Ducum, qui ex Estensi familia trecentis ab hinc annis, ei præfuerunt: & demum, Bullis, concessionibus, & inuestituris ferè infinitis summorum Pontificum, ab Innocentio III. vsque ad hodiernum, quorum omnium Bullę proferri possunt: præterquam quod & aliquoties à summis Pontificibus, & rationibus & armis recuperata est, ab ijs qui manum ei inijcere cupiebant.

Quoad primum, diuersas nimirum diuersorum Imp. declarationes quib. Ferrara Sedi Apost. [illegible] *Imperatorũ* [illegible]

Stu-

Magno, che fù al tempo di Papa Pasquale Primo, conferma la donatione egli fatta da Pipino, & nomina Ferrara della Sede Apostolica.

Oddo Primo nella donatione, che fece à Papa Giouanni II. conferma la detta donatione, & le dette donationi, & priuilegij furono confermati nel Concilio Lugdunense.

Vi sono molte altre concessioni, & priuilegij di diuersi Imperatori fin' al tempo di Papa Benedetto XII che per breuità si tralasciano, essendone i libri dell' Historie pieni.

Circa il secondo capo, che l' istesso popolo habbia dichiarato, & riconosciuto la Sede Apostolica per vera Padrona, si mostra chiaramente fin' al tempo di Papa Innocentio III. che fù dell' anno 1098. doue quel santo Papa scriue al Podestà & popolo di quella città, che debbano ritornare alla deuotione loro antica della Sede Apostolica, & così tornano.

Al tempo d' Honorio III. nell' anno secondo tornando essi alla Sede Apostolica furono assoluti dalle censure.

Al tempo di Gregorio IX. che fù del 1227. anno primo. Il Cardinale Vgo, Legato in Lombardia, narrando la detta Città essere della Sede Apostolica, concede al detto popolo di Ferrara certi Priuilegij, & vn luogo di Massa Fusalia, & altre terre, con certo censo, li quali sono accettati dal popolo. Et nel detto tempo il detto popolo à suono di campane fece vn Procuratore detto Bonino ad vbidire, & prestare vbidienza al Papa, & il Papa gli concesse sopra la ripa di Ferrara certe entrate.

Al tempo di Vrbano IV. Honorio IV. & Bonifacio VIII. il detto popolo riconosceua detta Sede Apostolica, pagandole il censo.

Al tempo di Clemente V. che fù del 1301. anno quinto, il detto popolo riconobbe la Sede Apostolica per Padrona, & egli mandò vn Vicario, & Gouernatore in detta città, & si fecero statuti dal Papa, & dato il modo di gouernarli, & fatto vn numero d' Officiali del Papa, & infiniti atti si sono fatti dal detto popolo in fauore della Sede Apostolica.

Et perche al tempo di Gregorio IX. cominciarono li Signori Estensi à gouernare per la Sede Apostolica. Però venendo al terzo si dice che sempre detti Signori Estensi hanno non solo gouernato per la Sede Apostolica, ma, riconosciutola per Padrona di detta città, & il primo che fù Azo di Este, fù dal detto Papa Gregorio IX. deputato Gouernatore per la Sede Apostolica.

Poi al tempo di Gregorio XI. che fù dell' Anno 1372. & fù il primo, che concedesse inuestitura alli detti Signori Estensi, tenendo in Ferrara il Cardinale Pietro Legato, gli mandò vn' inuestitura nella persona di Nicolò, & Alberto figliuoli di detto

stolicæ adiudicata est: Carolus Imp. Caroli Magni Filius, qui tempore Paschalis primi Imperiū rexit, confirmauit Donationem à Pipino factam in qua & Ferrara Sedis Apostolicæ nominatur.

Otto Primus in Donatione Iohanni II. facta, prædictas donationes, & hanc quoque confirmauit, priuilegijs in Concilio Lugdunensi ratificatis.

Sunt & aliæ concessiones & Priuilegia diuersorum Imp. vsq; ad Benedicti XII. tempora, quas & breuitatis studio, & quia historiæ earum plenæ sunt, hic omittemus.

Quoad secundum, quod nimirum ipsi ciues Ferrarienses Sedem Apostolicam pro vera atque legitima Domina agnouerint, clarissimè patet vsque ad tempora Innocentij III. qui anno 1098. sedem obtinuit. Hic scribit Prætori & ciuibus Ferrariensibus, vt ad antiquam suam deuotionem, & Sedis Romanæ obedientiam redeant. Cui & obtemperatum est. *Ciues Ferrarienses.*

Tempore Honorij III. anno eius secundo, redeuntes ad Sedis Apostolicæ obedientiam, à censuris Ecclesiæ absoluti fuerunt.

Tempore Gregorij IX. qui anno 1227. Sedem occupauit, anno eius primo, Hugo Cardinalis in Lombardiam Legatus, ostendens prædictam ciuitatem Sedi Apostolicæ subditam esse, concessit eius nomine ciuibus Ferrariensibus certa quædam Priuilegia, & locum Massam Fusaliam dictum, cum alijs terris & fundis, sub certo censu. Quæ & à populo accepta sunt: qui & eodem tempore sub sonitu Campanarum obedientiam stipulatus, Procuratorem elegit Bonium, qui eam Papæ totius populi aut ciuitatis nomine præstaret. Cui & Papa certos quosdam reditus in ripis Ferrariensibus concessit.

Tempore Vrbani IV. Honorij IV. & Bonifacij VII I prædicta ciuitas hac census solutione Romanam Sedem pro Domina recognouit.

Tempore Clementis V. Anno videlicet 1301. regni eius quinto, prædicti ciues eandem sedem pro legitima agnouit Domina, quæ ei Vicarium & Gubernatorem misit, legesque dedit modum gubernationis præscripsit, suosque officiales constituit, præter alios fere innumeros actus in fauorem Sedis Apostolicæ, à Populo admissos.

Vt & tempore Gregorij IX. Principes Estenses ciuitatem nomine Sedis Apostolicæ gubernare cœperunt.

Quoad tertium, certum est prædictos Dominos Estenses ciuitati non solum nomine Sedis Apostolicæ præfuisse, sed & ipsam pro legitima Domina ciuitatis agnouisse. Horum primus fuit Azo Estensis, à prædicto Gregorio IX. Ciuitati pro Sede Apostolica præfectus. *Recognitiones Dominorum Estensium.*

Deinde tempore Gregorij XI. Anno videli-

Azo à lor, vita, con vno cens. di Ducati quattro mila, commandando al detto Legato, che non douesse consegnarli detta inuestitura se prima detti Estensi per instrumento non promettessero con giuramento di restituero la detta città, finita detta inuestitura, senza ritenere i miglioramenti, ò altre spese, & anco che prima riconoscessero, & dichiarassero detta citta spettare liberamète alla Sede Apostolica, come fecero per instromento rogato in Bologna dell' Anno 1372. alli XV. di Maggio. Poi detti Estensi hanno sempre ottenuto nuoua inuestitura, con prorogare la detta prima concessione, si come fecero da Bonifacio Papa IX. che gli confermò detta inuestitura.

Alessandro V. che fù dell' Anno 1409. mediante il Cardinale Costa suo Legato ridusse il detto censo à fiorini otto mille, confirmando l' inuestitura di Bonifacio IX.

Papa Giouanni XXII. dell' An. 1414 che fù poi deposto, similmente confermò detta inuestitura, riducendo il censo à scudi sei mila.

Il simile fece Martino V. che fù dell' Anno 1418. habilitando, & dispensando Leonello naturale, che succedesse in detto Ducato.

Poi Eugenio IV. che fu del 1413. narrando tutte lo dette concessioni fatte da Gregorio XI. sino à Papa Martino VIII. le confermò, estendendole alli figliuoli di Lionello all' hora Duca, aggiungendo, che siano obligati d' alloggiare i Papi, & i Cardinali, che passano per detta Città

Papa Nicolò V. confermo quella di Eugenio IV. inuestendolo di Bagnacauallo, & altre Terre, con censo.

Pio II. che fu del 1450. passando per Ferrara, il' Duca Berso gli dimandò cassatione del censo, & il Papa la negò, offerendolil' inuestitura col censo, che non l' accettò, com esso narra nelli suoi Commentary. fol. 103.

Paolo Papa II. confermò dette concessioni, & di più gli concesse, che potesse grauare il Clero di quella Città per dodici anni à concorrere nelle spese delli argini, & ripari, si come concorreua tutto il popolo, facendo sopra ciò vna tassa, ò estimo.

Sisto IV. che fu del 1472. nel primo anno confermando tutte le dette Inuestiture, gli concesse nuoua Inuestitura, sempre in Vicariati à terza generatione, facendoli, & creandoli Duchi durante detta Inuestitura, con censo di cinque mila scudi, & che delli frutti sia obligato mantenere à tutte sue spese, le Rocche, Fortezze, & altro con il giuramento di fideltà, poi il detto Papa Sisto primo detto Duca.

Innocentio VIII. essendosi ribellati gli Estensi, & dati à Vinitiani ritornando alla Sede Apostolica gli assoluette, tanto essi Ferraresi, quanto li Vinitiani.

cet 371. qui primus inuestituras prædictis Dominis Estensibus concessit, Legatum suum Cardinalem Petrum Ferraræ habens, inuestituram eò in nomine Nicolai & Alberti prædicti Azi filiorum, ad vitæ ipsorum dies misit, sub censu quatuor millium Ducatorum. Dato etiam Legato expresso ordine, ne eam ipsi consignaret, nisi exhibito prius a prædictis Estensibus instrumento & iuramento, se effluxo inuestituræ tempore dictam ciuitatem restituturos, absque vlla melioramentorum aut aliarum expensarum prætensione: & nisi prius recognouerint & declarauerint prædictam ciuitatem absque vllo impedimento Sedis Apostolicæ esse propriam. Quod & fecerunt instrumento Boloniæ rogato Anno 1371. die 15. Maij a quo tempore Estenses semper nouas obtinuerũt inuestituras, prima nimirum concessione prorogata, à Bonifacio IX. qui dictam inuestituram confirmauit.

Alexander V. qui anno 1409. sedem obtinuit, mediãte Cardinali Costa Legato suo prędictum censum, confirmata inuestitura Bonifacij IV. ad octo Florenorum millia reduxit.

Iohannes XXI anno 1414 qui postea depositus fuit, inuestituram illam itidem confirmauit, reducto illo censu ad sex coronatorum millia.

Idem quoq; à Martino V. qui anno 1418. sedi pręfuit, habilitato & dispensato Leonello notho, vt in illo Ducatu succedere posset, factum est.

Postea Eugenius IV anno 1431. repetitis omnibus illis concessionibus, à Gregorio XI vsq; ad Martinum VIII etiam pro se eas confirmauit, atque ad filios Leonelli, qui Ducatum tunc obtinebat extendit, hoc adiuncto; vt teneantur & Papas & Cardinales per eam ciuitatem transeuntes, hospitio excipere.

Nicolaus V Eugenij IV. concessionem confirmauit, addita insuper inuestitura Bagnacaualli aliarumq; terrarum, certo sub censu.

Pius II. qui anno 1450. præfuit, per ciuitatem Ferrariensem transiens, requisitus à Duce Borso, vt censum illum tolleret, petitionem repulit, eique inuestituram cum censu obtulit, sed quam ille, vt in Commentarijs suis fol. 103. narrat, accipere noluit.

Paulus II. prædictas concessiones confirmauit; addita & hac, qua posset clerum eius ciuitatis, per duodecim annos grauare, vt ad reparationem mœnium & vallorum, sicut & reliqui ciues contribuant, secũdum taxam aut æstimationem ijs impositam.

Sixtus IV. qui anno 1472. sedi præfuit, primo anno, omnibus superioribus inuestituris confirmatis, nouam insuper concessit, in Vicariatus ad tertiam vsq; generationem Duces eos creans

& fa-

Alessandro VI. hauendo fatto parētado condetti Eßensi dell' anno 1501. confermando tutte l'inuestiture, commeciando da Sisto IV. gli concesse noua inuestitura à terza generatione, riducendo il censo da scudi cinque mila à scudi mille per rispetto di tante spese fatte, & miglioramenti di detta Città, & il detto Papa Alessandro VI. gli concesse anco Cento, & la Pieue, che spettauano alla Chiesa di Bologna, dandogli esso Duca certa ricompensa.

Giulio I. per rispetto, che voleua far sale in Comacchio, pretendendo, che fosse suo, & non del Ducato di Ferrara, priuò, & escommunicò detto Duca, mouendogli guerra, il quale Bolla per commando, che niuno douesse dare aiuto al detto Duca.

Leone X nel principio del suo Pontificato reintegrè il Duca nel suo stato, che era prima auanti la priuatione di Giulio recuperando Modena, & Reggio, concedendogli le gabelle; che giustamente riscuoteuano i suoi antecessori. Poi detto Leone per le cause di Modena, & Reggio, priuò & escommunicò detto Duca pagando scudi quattro mila all' Imperatore per Modena.

Adriano VI. lo reintegrò con certi Capiteli, che sempre sono stati in osseruatione, che il Duca non possa far Sale in Comacchio, ma solo la Sede Apostolica.

Clemente VII. essendo il Duca, Sede vacante, intrato in Reggio lo priuò, & scōmunicò, chiamādo li Principi Christiani in suo aiuto, per ricuperare Ferrara; perche il Duca trattò molti partiti con detto Papa, ne fu fatto altro.

Paolo III. restituì il Duca, inuestendolo per se, & descendenti d'Alfonso, concedennogli il Ducato di Ferrara con sue pertinenze, & le gabelle, che riscuoteuano li suoi antecessori giustamente, & più l'inuesti di tutte le ragioni, che pretendiua la Sede Apostolica in tutte le altre Terre tenute dal Duca, che s'intendono Modena & Reggio, & conuennero, che in caso di deuolutione per linea finita si debbono citare li successori del Duca per contraditione, caso, che in Roma non ci fusse Procuratore.

Il caso della linea finita essendo hora venuto, nel procedere si douerà seruar quell'ordine dato in detti Capitoli, essendo così conuenuto.

Circa l'vltimo capo, che tutte le predette cose, è recognitioni siano state fatte in giudicio, & molti contradicenti, si mostra chiaramente, perche da tre volte li Vinitiani messi da Signori Esensi & da loro si sono intrati in detta città, & sempre mediante li processi, & sentenze l'hanno lasciata La prima volta fù al tempo di Clemente Quinto. La seconda al tempo di Sisto Quarto. La terza volta al tempo di Giulio Secondo, doue per Capitoli dichiarono non hauere ragione nissuna in Ferrara, & ciò anche è stato più volte osseruato cōtra [illegible]

& faciens, quamdiu illa inuestitura durabit, cum censu quinque millium coronatorum, & præter quem etiam obligentur ad reparationem castellorum & munitionum suis sumptibus ex reliquis perceptis fructibus curandam: addito etiam fidelitatis iuramento. Prędictus quoq; Papa, Ducem qui suo tempore Ducatui præfuit, eo munere priuauit.

Innocentius VIII. rebellatos Estenses & in Venerotum partes inclinatos, redeuntes vero ad Sedem Apostolicam & Ferrarienses & Venetos absoluit.

Alexander VI. Estensibus sanguine iunctus, anno 1501. confirmatis omnibus inuestituris à tempore Sixti IV. nouam illis cōcessit in tertiam generationem, reducto etiam, quinque millium coronatorum censu, ad mille coronatos, respectu magnorum sumptuum quos in reparatione ciuitatis fecerant, cōcessis insuper Cento & Pieua, ad Ecclesiam Bononiensem pertinentibus, cui tamen Dux certam compensationem faciat.

Iulius I. sub prætextu salis coquendi in Comachio, quod sui esse iuris, neque ad Ducatum Ferrariensem spectare asserebat, Ducem excommunicauit. & moto contra eum bello interdixit ne quisquam ei auxilio esset.

Leo X in Pontificatus sui initio Ducem in integrum restituit, reddita Modena & Rhegio, & concessis telonijs aut vectigalibus, ab antecessoribus eius antehac bono titulo & iure perceptis. Postea vero idē Papa propter Modenam & Rhegium prædictum Ducem excommunicauit, Imperatori pro Modena quatuor coronatorum millibus persolutis.

Adrianus autem VI. eum restituit, sub certis tamen conditionibus, quę semper fuerunt obseruatæ, inter quas & hæc. Ne Dux in Comachio salem coquat, sed sola Sedes Apostolica.

Clemens VII. Ducem sede vacante Rhegium ingressum deposuit & excommunicauit, aduocatis in auxilium Christianis Principibus ad recuperandum vi Ferraram: Vnde Dux varia reconciliationis tractauit cum Papa consilia, sed absque successu.

Paulus III. Ducem restituit, pro se & Alphonsi posteris inuestitum, concesso ipsi Ducatu Ferrariensi cum omnibus ad eum pertinentibus, vna cum vectigalibus iusto titulo ab antecessoribus exactis. Inuestiuit eum similiter omnibus iuribus Sedis Apostolicæ in alias terras, à Duce possessas, nempe Modenam & Rhegium. Conuenerunt insuper, in casu deuolutionis, finita, scilicet, linea, citandos Romam dicti Ducis successores ad contradictionem, nisi Romæ Procuratorem habeant. Casu itaque hoc iam dato, per lineæ

detto popolo di Ferrara, & anco contra essi Signori Estensi, & vltimamente nell' inuestitura di Paolo III. & anche di Carlo V. nel suo laudo, condennando il Duca à dimandare perdono à sua Santità, come poi fece, & supplicando il Papa per l'inuestitura, & il medesimo fece nell' inuestitura di Papa Adriano VI. & hauendo sempre pagato, & pagando ogni anno il censo di Ducati sette mille nella festa di San Pietro, non hà dubbio, che la città sia della Sede Apostolica.

Circa la deuolutione similmente, non hà dubbio, c' hoggi sia deuoluta per la linea & descendenza finita, poiche il Duca è morto senza descendenti, à quali è fatta l' inuestitura vltima di Paolo III. & in detta inuestitura si dichiara, cioè, che detta concessione finisce per mancamento di detta linea.

Et perche si và confermando, ch' essendo l' inuestitura di Paolo III. & per la linea descendente d' Alfonso Auo del Duca morto, del quale decon- vi sia il moderno Don Cesare; si dice, che la detta inuestitura di Paolo III. è per la linea de descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & venendo il detto Signor Don Cesare di linea infetta, come naturale solo non è capace, nè compreso in detta inuestitura. Et che sia naturale appare dall Arbore di Casa d' Este, fatto, & stampato da Geronimo Folletto, & diretto al Signor Duca Alfonso morto, doue mette, che' l padre di Don Cesare, che si chiamaua Alfonso nacque di Laura Eustoica, & del Duca Alfonso, & de quello mette la moglie, c' hebbe, & questa della quale nacque Don Cesare non la mette per moglie. E il dire, che sia legittimo, per subsequens matrimonium questo non consta, & se forse dicessero di voler prouare doppo tanto tempo, essendo materia tanto pericolosa non si deue venire alla proua, ma si dice, ch' essendo le parole molto chiare della Capitulatione di Paolo III. pro legitimis & naturalibus, da detto Alfonso descendentibus, non comprendono tali legitimati, poiche si ricerca, che tale qualità di legittimatione sia al tempo, che nascono, & non poi, che cosi tengono communemente i Dottori, oltre, che essendo in vn fendo di tanta dignità, come questo Ducato, nel qual caso tali legitimati non sono compresi, oltre che essendo tale legitimatione fatta in articulo mortis, in pregiudicio del patrone diretto, & essendo gli altri beni feudali, doue può succed re, non cade in detta inuestitura, vedendosi, ch' essendo tanto vecchio quando la sposò, se però è vero, lo fece solo per far pregiudicio. Et il dire anche, che vi fusse vna volta vn Duca naturale, & che perciò la natura del feudo sia transitoria ad essi si risponde, che in tanti anni non si troua, se non vna volta, per lo qual' atto solo non s' induce vn solito, & consueto, ma di più si dice, che per detto non si proua solito,

finitionem, is seruandus erit in processibus ordo, qui in capitulationibus & conuentionibus præscriptus est.

Quoad vltimum (& rationibus & armis à Romanis Pontificibus recuperata sit ab ijs qui manum ei inijcere tentarunt,) alterum ex præcedentibus quoad arma, alterum vero quoad rationes clarissimè apparet ex hoc, quod omnes recognitiones in iudicio, multis contradicentibus factæ sunt, vnde & Veneti ter, aut à Dominis Estensibus rogati, aut proprio impulsu hanc ciuitatem in suam potestatem redactam, mediantibus processibus & sententijs, eam relinquere coacti sunt: Factum hoc primò, tempore Clementis V. secundo, tempore Sixti IV. Et tertio, tempore Iulij II. Vbi per capitula declaratum est: Nullum ipsos ius in ditionem Ferrariensem habere. Adeoque (quod antea sæpius contra dictum Ferrariensem populum, & contra ipsos Dominos Estenses, nuper etiam in inuestitura Pauli III. & Caroli V. in suo laudo obseruatum est,) condemnato etiam Duce ad deprecationem apud Papam. Quod & factum, suppliciter etiam rogato Papa pro inuestitura. Idem quoque accidit in inuestitura Adriani VI. Vnde solutis quotannis in festo D. Petri pro censu septem ducatorum millibus, nullum e[s]t dubium, quod ciuitas ad Sedem Apostolicam pertineat.

Victoriæ autem illa multæ Christianorum prouinciæ, alias manifestæ Turcarum prædæ expositæ, liberatæ sunt: ipsorumque ita depressa audacia, vt etiam Selimus se ad pacem cum Venetis faciendam adduci passus sit, non quod vereretur aliquod sibi damnum notabile ab hoc peculiari fœdere inferri posse, vtpote in quo nullæ ferè essent vires nisi maritimæ, neque illæ sufficientes ad vim aliquam ipsi inferendam, neque ad eum eò adigendum, vt inuitus in prælium & pugnam descendat, vt in ipsa illa Victoria apparuit, post quam fœderati nullum amissorum antea locorum recuperarunt, neque quenquam de nouo aggredi ausi, neque etiam impedire, quin illæ naues semestri spatio reparatæ pugnam vel vltrò ipsis obtulerint: Sed hoc timens, ne videlicet vniuersale aliquod fœdus Christianorū contra se iniretur: quibus accederet Persianus potentissimus magnitudinis Ottomanicæ æmulus, ab altera parte bellum mouens. Veritus itaque Selimus ne Venetianis ac Limitaneis Italiæ & Europæ totius contra se insurgentibus, ipsoq; eo bello

implic-

Et perche in questo, sopragiunta la morte à Selino, Amurath gli successe nell' Imperio fù vniuersale opinione, che douesse immediate rinouare la guerra contro Vinitiani. Nientedimeno consultato maturamente co'l Mustafà, & Sinan Bassà, Capitani di valore, & esperienza, precipue sopra l' Imprese future, & sopra il modo di trattarle, & considerato il disturbo, & la diuersione, che la casa Ottomana nel tentare l' impresa d' Europa, haueua sempre dal Rè di Persia riceuuto, & l' impedimento, che da gli stati d' Austria, & di Croatia, & fra li confini suoi, & Italia è interposto, fù concluso essere necessario, di battere prima il Persiano, è frenarlo in modo, che non s' habbia per l' auuenire in alcun modo più di lui à temere.

Et appresso voltando l' armi in Austria, & in Croatia aprirsi il passo per terra nell' Italia, non come fece Mahometo Secondo, che solamente per mare assaltò il Regno di Napoli, & occupò la città di Otranto. Nè meno, come Selino suo padre, ch' andò à perdere in Cipro, & occuparsi intorno le città Maritime dell Epiro, & di Dalmatia, dando tempo à Vinitiani di difendersi, & ripararsi. Ma come fecero i Vandali, i Gothi, & gli Vnni, molto à lui di forze inferiori, per tentare principalmente d entrare, & fortificarsi nel Friuli, senza pericolo di ritrouare incontro, & per essere quello paese spogliato di fortezze, & li Vinitiani, che la maggior parte ne possegono, inhabili ad opporsegli in campagna. Riducendosi à memoria, che dodici mila Turchi soli, mandati da Baiazet Secondo, in aiuto di Lodouico Sforza Duca di Milano, scorsero fino in vista de' Monti di Venetia senza ostacolo, & fecero tanta preda, e tante straggè, che hoggidì li popoli del Friuli abborriscono di vdirla raccentare.

Et se Turchi spingessero ancora in vn' istesso tempo l' armata nauale nel Golfo Adriatico, & in somma per terra, & per mare stringessero la città di Venetia, sarebbe pericolo, che tutto lo Stato Vinitiano hauesse da cadere nelle mani sue, & à questo modo metesse sicuramente il piede in Italia, con ferma speranza d impadronirsene in poco tempo (debellati, che fussero Vinitiani) di ciascun altro Principe di essa.

Questa deliberatione, e consiglio essendomi in Costantinopoli da grauissimi huomini affermato, pare ancora per ragione di Stato, & alla potezza del Turco, nò meno conueniente, che necessario leuarsi gli ostacoli, per caminare alla Monarchia dell Vniuerso, come per l' opportunità, & vtilità dell' impresa; essendo Italia posta nel mezo delli suoi Stati dell' Africa, & dell Epiro, & cògiunta all' Illirico, intieramente quasi da lui posseduta, chiara, & famosa, nò men per l' abbondanza da gli habitatori, & di richezze, che per gloria militare illustrata

implicato, Persianus quoque eam occasionem cum aggrediendi arripiens, bellum ab illa quoq; parte ei inferret.

Quod consilium, quamuis prudentissimum Selimi, Sultano Amurathi, eius filio, qui nunc imperium obtinet, plurimum displicuit. Videbatur enim illi Pater multum de reputatione remisisse, quod non se illa strage vindicasset, atque simul occasionem exscendendi in Italiam, pedemque in ea oppugnatis porrò Venetis, prætermisisset.

Vnde etiam inter hęc Selimo fatis cedente, relicto hoc Amurathe imperij successore, putabatur ille statim bellum illud cum Venetis renouaturus. Sed matura cum Mustapha & Sinane Bassa strenuis belli Ducibus instituta de futuris expeditionibus earumque promouendarum modis; considerato quoque impedimento & auersione, quam Imperium Ottomanicum quotiescumque Europam tentauit, à Persiano hactenus sensit, obstaculo itidem domus Austriacæ, & Croatiæ, inter ipsius terras & Italiam interpositæ; conclusum fuit primò Persianum necessariò ita subigendum, vt in posterum ab ipso sit securus, ne vllus amplius ab illa parte incumbat metus.

Postea versis contra Austriam & Croatiam armis, per terram aperire viam in Italiam. Non sicut olim Mahumethes secundus, qui per mare saltem Regnum Neapolitanum aggressus Ottrantum ciuitatẽ occupauit; neque sicut Selimus Amurathis pater, qui cũ damno Cyprum ingressus, se circa ciuitates maritimas Epiri & Dalmatiæ detinuit, dato interim Venetis tempore quo vires ad defensionem repararent: Sed sicut olim viribus ipso longe inferiores Vandali, Gothi & Hunni fecerant, tentato præcipuè ingressu per Forum Iulij, in quo nullum esset resistentiæ periculum, regione illa munitionibus vacua, & Venetis qui maiorem eius possident partem, non ita instructis vt aperto Marte ipsum impedire possint. Commemorato insuper, quod olim duodecim Turcarum millia Baiazethi secundi mandato Ludouico Sfortiæ Duci Mediolanensi auxilio missi, vsq; ad conspectum Montium Venetorum, absque vllo obstaculo excucurrerint tanta facta strage atque tanta abacta præda, vt etiamnum exhorrescant Foro Iulienses quoties eius audiunt fieri mentionem.

Et si Turcæ eodem tempore nauibus sinum Adriaticum ingrediantur, atque ita terra marique Venetos adoriantur, spem esse vniuersam ditionem Venetam breui tempore subigendam, vnde absque periculo exscensio in Italiam fieri posset, certa fiducia, debellatis ini-

dalla Maest della Sede Apostolica, & dalla Republica Veneta, questa per le forze del Mare, & quella per auttorità Pontificia. Ostacoli principali delli suoi progressi. Et come l'Italia sempre è stata termine è scopo di tutte le Nationi esterne, così l'è anchora di lui doue nè per amenità, nè per vicinanza di Religione, nè per molestia, ò impedimento, che ne riceua, sia occasione di voltare più tosto l'animo altroue per accrescere il suo Imperio, che all' Italia.

Percioche ritrouandosi già la natione degli Vngari per la maggior parte soggetta, & la Polonia, che viene appresse, per essere paese sterile, & freddo, non è dalui desiderata, e non si cura d'impadronirsene più che tant., poiche non solo non teme quelle forze, ma le disprezza, & ne dispone quasi di quel Regno à sua voglia.

Dal Moscouito si bene riceue qualche molestia continuamente, & di lui hà timore, più che di ogn'altro Potentato Christiano, per le ragioni, che appresso si diranno. Nientedimeno sostenendo con la spalla de' Tartari, (retirati fra l'vno, & l'altro Imperio) gli impeti suoi, non troua metterli conto da farli guerra, rispetto alle difficoltà dell' impresa & l'vtilità dell' acquisto, per essere quella Regione per li perpetui giacci sterilissima.

Ne meno deue debellare affatto il Persiano, ma fiaccato, conseruarlo per vn riparo contra il gran Tartaro, da tutti due vgualmente temuto. Ne penetrare più oltre nella torrida Zona dell' Africa pur to sicura, massime essendo ò per conformità di setta, ò per interesse di Stato à lui tutta deuota. Ma contento di dominare la parte temperata, & la sua costa insino al stretto di Gibilterra, pare, che gli resti l'Italia, cosa di desiderare, & d'aspirarui.

Con questo fine adunque Sultano Amurath Imperatore de' Turchi, mosse l'Arme contra il Persiano, & gli hà fatto guerra tredici anni continui, insino a tanto, che s'è impadronito della maggior parte della Persia, & della istessa Città di Tauris, Metropoli di quel Regno, non come soleuano fare i suoi maggiori i quali, ancora, che occupassero le Città, & Prouincie, nel partire l'abbandonauano, onde il nemico facilmente ricuperaua il tutto, ma col piantar fortezze di passo in passo, & di dedurre Colonie, i hà stabilito il possesso, & il dominio di quanto hà preso.

Hà soggiogati i Georgiani popoli Christiani, imposto il tributo a Tartari Precopensi, soliti prima offerire da lui con pensioni, & donatiui trattenuti, & stesi li suoi confini fino alla Città Citrachan, frontiere del Moscouito sul fiume Volga, occupato le parti, & tutta quella riuiera del Mare Caspio, la quale tra il Settentrione, e Mezo giorno verso l'Occidente si contiene, hà ridotto il Persiano in vn'

mitum Venetis, reliquos omnes Principes ipsorum armis cessuros.

Hæc deliberatio atque consilium mihi ab hominibus grauissimis detectum, visum quoque est, status ratione, & Turcicæ potentiæ, non minus conueniens quam necessarium, tollere nimirum obstacula, vt ad Monarchiam vniuersi progrediatur: quod & intentioni eius & maximè opportunum & perutile futurum sit. Italia enim quasi in medio iacet, inter Africam & Epirum, coniuncta Illyrico quam etiam maxima ex parte possidet; Illustris & celebris, non tam incolatum multitudine & diuitijs, quam armorum gloria: splendens insuper Sedis Apostolicæ & Reipublicæ Venetæ maiestate, hac viribus maritimis, illa Pontificia autoritate verenda. Obstacula certè præcipua eius progressum retardantia. Et quemadmodum olim etiam Italia terminus fuit & scopus omnium fere exterarum nationum, ita & hic ad eam collimat; vnde neque propter amœnitatem, neque propter religionis affinitatem, neque propter molestias, neq; propter impedimenta quæ ei opponi possunt, vlla ei maior est occasio ad quam, ad augendum suum imperium, adijciat animum, quam sola Italia.

Nam subiugata ferè maiori Vngariæ parte, quam facilè sequetur Polonia: regio enim sterilis est & frigida, non adeò curat ea sibi subijcere regna, vtpote quorum vires non timet, sed ridet potius, de ijsque pro suo arbitratu disponit. Et quamuis aliquam à Moscouita sentiat molestiā, eumque magis quam alium quemquam timeat Principem Christianum, propter rationes quas suo referemus loco; tamen retardans Tartarorum interuentu, qui in medio sunt, eius impetum, non tanti quoq; eam facit regionem, vt suis eam subigat armis, tum propter expeditionis difficultates, tum etiam lucri aut vtilitatis tenuitatem, cum sit ea regio propter perpetua ferè frigora sterilissima.

Neque audet prorsus debellare Persianum, sed lassum & afflictum eum conseruare cogitur, vt ei tanquam murus sit contra Chamum Magnum Tartarorum regem, quem vterque ex æquo timet. Neque curat etiam vlterius in Zonam torridam Africæ penetrare, cum & illi populi iam & propter sectæ conformitatem, & propter propria sua commoda ei sint deuoti. Sed contentus temperatarum regionum vsque ad fretum Herculis dominio, sola superest Italia, quam desideret, & ad quam aspiret.

In hunc itaque finem Sultanus Amurath Turcarum Imperator arma contra Persianum mouit, ac per totos tredecim annos bellum cum eo gessit, donec maiorem Persidis partem subegit, victa quoque Tauride regni illius Metropoli. Vbi non maio-

angolo picciolo, à chiedere pace, senza, che mai habbia hauuto ardimento di venire seco à battaglia à campo aperto, come troppo di forze inferiore, non hauendo mai potuto mettere insieme più di centocinquanta mila caualli, senza arteglieria, & senza archibugieri, che'l Campo Turchesco haueua seicento pezzi d'arteglieria, & trecento mila archibugieri, in tutto il numero dell'essercito era di quattrocento mila soldati, non computati gl'inutili, & le bagaglie. Perche tanti ne furono da Mustafà Bassa, che fu il primo Capitano mandato à quella impresa condotti in Persia, computati però sessanta mila Venturieri, in questo numero li aiuti d'Tartari, che sono stati hora di ventimila, hora di trentamila caualli, & tanto numero in capo di dieci anni OSMAN Bassà ne ritrouò nel risegnare l'essercito all'assalto di Tauris. Onde se bene alli passi, & alle scaramuccie li veniuano tal volta tagliati à pezzi parecchi migliara di soldati, non ritenne per questo alcuna impresa, restãdo sempre padrone della campagna.

Et quello che rende più marauigliosa la potenza del Turco, & più formidabile, nel tempo istesso, ch'era impiegato nell'impresa di Persia, s'è auuicinato, per terra, all'Italia verso il Friuli à due giornate, con l'hauer occupato Soria, paese già posseduto da gli Arciduchi d'Austria, posto fra Zara, & Segna nell'Illirico, & in questo ha fermato vn'essercito di parecchi mila soldati sotto il titolo di Bossina della quale Prouincia, ò del qual paese, di simplice Sangiaccato che prima era, ha creato vn Bassà, la qual Prouincia fu nelli tempi passati all'Imperio Romano sempre molesta, & hora à tutti i Principi circonuicini di terrore, & spauento, senza hauere mai intermesso d'infestare, & predare così li confini dell'Imperatore, come il Regno di Polonia, in modo tale, c'hà condotto questo à termine di farselo Tributario, hauendo ricusato di fare di rinouare col Rè, vltimamente detto la pace insino à tanto, che non gli hauesse mandato il donatiuo, ancora, che non se ne ritrouasse essempio per adietro, & quello quasi à raddopiare il Tributo s'hà voluto ottenere la prorogatione della Triegua. Cercando in tanto tutti gli altri Principi Christiani, dal Moscouito solo in poi, e per mezo de gli Ambasciatori espressi da me in Constantinopoli veduti, & conosciuti, ò di conseruare la pace, ò di ottenere Triegua, ò fare nuoue amicitie seco.

Calamità estrema dell'infelice Christianesimo, dalla Santità Vostra, nella sua Legatione di Polonia bene deplorata, & con affetto pio commiserata, che perciò forse è stata principalmente dalla mano sola del Signor' Iddio, fuora d'vn gran numero d'altri soggetti grauissimi al Sommo Pontificato eletta, & essaltata, come instrumẽto atto,

maiorum secutus exempla, qui subactas ciuitates & prouincias, inde recedentes relinquebant vacuas, ita vt victi facili negotio eas recuperare possent, sed munitionibus vbique locis idoneis erectis, deductisque colonijs, possessionem, eius quam subegit partis sibi confirmauit.

Subiugauit Georgianos, qui Christiani quoq; sunt populi: tributum imposuit Tartaris Procopensibus, quos antea pensionibus & donis quoque lactauerat: & extensis suis finibus vsque ad ciuitatem Citrachan, Moscouitis ad Volgam fluuium conterminam: occupatis & illis regionibus in littore Maris Caspij, inter septentrionem & meridiem iacentibus; Persianum in paruum imperij sui inclusit angulum, eò etiam adactum, vt pacem peteret: atque adeo attrito, vt nunquam postea ausus fuerit ipsum prælio petere, vt qui viribus longè esset inferior, neque vnquam maiorem quam centum, quinquaginta millium equitum exercitum ad prælium educere potuerit, absque tormentis & sclopetarijs: cum econtra Turcæ in suo exercitu haberent, sexcenta tormenta, trecenta sclopetariorum millia, & totus exercitus quadringentis millibus pugnatorum absque lixis & calonibus, constaret. Tot enim in prima expeditione à Mustapha Bassa, qui primus Persidem ingressus est, in Persiam ducti sunt: computatis sexaginta voluntariorum millibus, & Tartarorum auxilijs, quæ aliquando triginta millium equorum, aliquando etiam plurium erant. Tantum etiam numerum post decennium recensuit Osman Bassa cum Tauridem vi inuaderet. Et quamuis aliquando occiderentur in conflictibus & in angustiarum trãsitibus aliquot millia, non tamen à proposito desistebat, semper in prælio superior & victor remanens.

Et (quod Turcarum potentiam mirabiliorem & formidolosiorem reddit, eo ipso tempore quo bello Persico erat implicatus, terra quoque Italiam bidui à Foro Iulij itinere, tentauit: occupata nimirum Soria, Austriacæ ditionis regione in Illyrico inter Zaran & Segnam sita, vbi magnum exercitum tot fere millium quot Persicus erat, sub Bosniæ titulo, collocauit, eiq; prouinciæ cui antea Sangiacus saltem præerat, Bassam præfecit. Fuit autẽ hæc Prouincia Romano Imperio semper molesta: & hodie circumuicinis Principibus terrori est: neque vnquam cessant illi qui in eius sunt præsidijs, tum Romani Imperij, tum Poloniæ limites infestis excursionibus & abactis prædis sollicitare. Atque adeò vt Regnum illud sibi iam reddiderit quasi tributarium, negata cum nouo Rege nuper electo pacis confirmatione donec donatiua misisset; quamuis nullum eius rei à præcedentibus temporibus esset exemplum; vnde duplicato ferè tributo induciarum prorogatio

presa-

& disposto à reggere, e difendere la Religione Christiana, in tempo del maggior pericolo, che da ottocento anni in quà ella sia stata, ritrouandosene vna gran parte dell' vnione Catolica, & per le heresie cinptamento disseminate, trauagliata, & in guerre ciuili occupata; & l' altra fra se stessa diffidente, & sospetta, che malamente si può condurre ad vnione, che stabile sia.

Onde ciascun Potentato Christiano viene ad essere tanto più al manifesto pericolo del Turco esposto, quanto egli hora, doppo hauer terminato con fortezze, & colonie, la guerra in Persia, si ritroua hauer ampliato l' Imperio, superato il più potente Emolo, e' hauesse moltiplicate l' entrate, accumulato l' Errario, parte con parsimonia, parte con venalità, & nuoui inuenti da tirare danari, più c' habbiano fatto tutti li suoi predecessori, poiche si ritruoua riposti in contanti, cinquanta milioni d' oro, & d argento di prezzo inestimabile, & raddoppiato il numero della militia, perciochè doue li Giannizzeri soleuano essere dodici mila, poi trenta mila, hora sono cresciuti à quaranta mila.

Quelli veramente di Timaro da centotrentamila, & ducentomila, senza la giunta delli nuoui Timari eretti in Persia, che sono stati da quaranta mila.

La qual Militia, per essere stata quasi due anni passati solamente vacante, & otiosa, hà in molte parti dell' Imperio Turchesco, & specialmente in Constantinopoli più d' vna volta contro il Rè propria tumultuato, con fomento, secondo la commune opinione di Mehemeth suo figliuolo primogenito già dichiarato Principe di età d' anni 28 sospetto al padre sino da puerttia, & per l' acutezza, & felicità dell' ingegno, & per la souerchia cupidità di Regnare, come hà in tutte le sue Attioni dimostrato.

Onde il Turco, come prudentissimo Principe, per euitare la seditione domestica, è forzato di occupare gli esserciti in qualche impresa, quando per altro non hauesse animo di muouere l' Armi, benche è palese, lui essere cupidissimo di gloria, inimicissimo del nome Christiano, rammemoratore della rotta Nauale, della forza d' Italia riceuuta, & continuamente dal corso delle Galee di Toscana, & Malta irritato, & da gli effetti si vede, che tira innanzi la sua prima intentione, & deliberatione di acquistare il Dominio dell' Italia, vsando non meno l' industria, che la forza: poiche dal principio del suo Imperio hà fauorito, & accarezzato in modo la Natione Italiana, che hormai à Constantinopoli si viue, & dentro il suo Serraglio proprio si parla la lingua Italiana. Et perche appena reuocato l' essercitò da' Persiani hà cominciato à irrompere in Croatia il Bassà della Bossina, hà preso

petenda fuit. Reliquis etiam interim Principibus Christianis, solo Moscouita excepto, eò deductis, vt per Legatos, quos ipse Constantinopoli & vidi & conueni, peterent aut pacem, aut inducias, aut noua cum ipso fœdera.

Calamitas certe extrema infelicis orbis Chtistiani, quam S T. in Polonica sua Legatione non immeritò deplorauit, & pio affectu commiserata est. Neque dubito quin hac præcipuè causa præter alias innumeras Diuina manum adhibente prudentia ad Pontificatus fastigium euecta sit, tanquam aptissimum instrumentum atq; appositissimum, quo Religio Christiana & tegatur, & defendatur, tempore maioris periculi, quàm vllum octingentis ab hinc annis ei incubuit; magna insuper parte Vnionis Catholicæ diuersis disseminatis hæresibus afflicta, & bellis ciuilibus turbata; altera vero diffidentia & suspicionibus distracta, vt difficulter ad firmam stabilemque vnionem adduci possit. Hinc quisque Princeps Christianus se tătò manifestiori à Turca periculo expositum sciat, quanto ille nunc terminato cum Persiano bello eaque ditione colonijs & munitionibus firmata, viribus auctior, superato nimirum potentissimo æmulo; multiplicatis insuper auctisque teditibus, tum parsimonia, tum officiorum nundinationibus, tum etiam nouis exactionibus, ita vt quinquaginta auri milliones præter innumera argenti pondera in thesauris habere dicatur: aucto etiam militiæ numero, vt duodecim Ianizarorum millia, ad triginta olim, nunc vero ad quadraginta excreuerint. Timaraniorum vero centum triginta millia ad ducenta, præter nouos Timaranos qui in Perside erecti sunt, quorum quadraginta millia fuerunt, aucta sunt.

Hæc autem militia propter biennij ferè otium, in diuersis Imperij Turcici locis, præcipuè autem Constantinopoli aliquoties contra Principem suum tumultuari cœpit, instinctu, vt communis erat opinio Mahemetis eius filij Primogeniti 28. annorum iam Principis quoque declarati, qui vel ipsi Patri à tenera ætate, propter ingenij acumen & felicitatem & summam regnandi cupiditatem, quam in omnibus suis actionibus præ se tulit, suspectus fuit.

Turcarum itaque Imperator, tanquam prudentissimus Princeps, ad domesticam seditionem vitandam, exercitus aliqua in expeditione occupate cogitur, quamuis alias nunquam de bello armisque mouendis cogitasset. Notum tamen est omnibus, quam sit gloriæ cupidus, quam nomini Christiano inimicus, quam alta repofuerit stragem illam nanalem ab Italicis acceptam viribus, mĕte, & quam frendeat super excursionibus triremium quæ ex Hetrutia & Malta eius infestant

la fortezza di Ribach, alla frontiera di Friuli predato più di vinticinque mila anime, vn' infinito numero di bestiami, & copia grande di domestica suppellettile, alla speranza della qual preda, & à questi motiui della guerra, sono concorsi dell' Asia solamente sessanta mila caualli Venturieri, tutta giouentù eletta per essercitarsi, & meritare i premij militari. Tuttauia infestando con sì grosse, & continue incursioni le città istesse fino à Zagabria, che le tiene come assediate, hauendo loro interrotto il commercio, & impedito la cultura d campi, & egli è stato dal suo Signore creato Visir, titol di dignità suprema nella sua Porta, senza essere stato riuocato dalla Prouincia, con tutto, che dall' Imperatore siano state fatte grandi querele contra lui, per questi hostili moti, stante la tregua, poco innanzi confirmata.

Onde con ragione si deue dubitare, ch' à tempo nuouo dissegni il Turco mandargli forze maggiori, poiche gli hà accescinto Auttorità da questa parte, come più debole, & più aperta. Accrescendo il timore il numero grande d legni, che à Constantinopoli apparecchia, & l' hauere mandato quasi occultamente quest' Autunno passato il Cicala, suo Capitano del Mare, fino alla Valona, per ordinare le prouisioni opportune all' Armata, & forse per riconoscere qualche sito di far' Impresa.

Il qual pericolo, come vigilante Pastore preuedendo Vostra Beatitudine sapientissimamente, hà commciato à prouedere con l' hauer saputo le discordie fra l' Imperatore, & il Rè di Polonia, & congiuntoli insieme di parentado, procurando di collegare essi medesimi, e tutti gli altri Principi Christiani, almeno alla difesa commune contra il Turco.

Perche se bene non li potesse succedere, massime da principio; vi è nondimeno ragione di vnirli facilmente, & questi, & il Moscouito appresso, percioche sono in estrema necessità per l ro interesse proprio di farlo.

Questo per non lasciare più crescere vn nimico vicino, & sì potente, & per quelli non perdere l' vno i Stati patrimoniali, l altro la libertà affatto. oltra, che fra di loro non è discordia, ô inteligenza tale, che l' Auttorità della Santità Vostra non basti à commãdarla, perche in quanto al Moscouito, ancora che sia del rito Greco, sempre hà mostrato di riuerire la santa Sede Romana, & nelle sue occorrenze n hà fatto capitale, & le hà mandate honorate Legationi, l' vltima fù à Papa Gregorio XIII. acciochè lo pacificasse, come fece, con Stefano Battorio Rè di Polonia, co'l quale guerreggiaua: onde mostrando la Santità Vost. di tenere conto di lui, cõ destinarli non vna priuata ò commune persona, ma vn Prelato, & Nuntio alla grandezza sua, & al negotio presẽte proportionato: La ragione

stãt littora: adde quod manifestum iam sit, quàm promouere studeat primam suam intentionem, primumque de subijcienda Dominio suo Italia; cui tam industriam, quam omnes intendit vires. Hinc vel ab Imperij sui initio Italiam ita blanditijs allectauit, vt hoc tempore Constantinopoli rura, & lingua quoq; Italica in ipsius familia in vsu sit. Hinc vix reuocato è Persia exercitu illa Bosniæ Bassæ irruptio, & castri Rebach, in limitibus Fori Iulij expugnatio, & viginti quinq; animarũ millia in miserã seruitutem, & innumeræ pecudum multitudinis abductio, præter num. rosam & pretiosam supellectilem; cuius spe prædæ ex sola Asia vltra sexaginta millia equitum voluntariorum ad illam expeditionem aduolarũt, electæ iuuentutis, qui in armis se exercere, & gloriam aliquam sibi militarem parare satagũt. Hinc, quod Bassa ille tantis tamq; grauibus excursionibus ciuitates illas vsque ad Zagabriam infestans, ita vt tanquam obsidione quadam cinctas teneat, interruptis cõmercijs, agrorum cultura impedita, à Domino suo Visiratus, summæ in Porta dignitatis; titulo ornatus: neque vnquam à Prouincia reuocatus, quamuis multis à nostro Imperatore, propter hostiles illos motus, durantibus inducijs paulò ante confirmatis, contra eũ motis querelis.

Vnde nullum est dubium, quin iam constituerit Turcarum Imperator, sub veris initium ei nouas vires, nouaque subsidia transmittere; aucta iam eius autoritate & dignitate, quibus ab illa parte tanquam apertiore & debiliore in Italiam irruat. Timorem auget magnus ille nauium quẽ Constantinopoli præparat numerus: amandato etiam Cicala suo, armatis præfecto vsq; ad Valonam, qui commeatum, aliaque classi necessaria paret, & fortassis etiam vt locum aliquem ad vim faciendam opportunum recognoscat.

Quod periculum, cum B. V. tanquam vigilans Gregis Pastor præuiderit; prudentissimo ei occurrere cœpit consilio, & animaduersis inter Imperatorum & Poloniæ Regem discordijs, eos etiã contracta affinitate in gratiam reduxit; in hoc etiam summa cura incumbens, vt si non in omnibus, saltem in hac contra Turcam defensione, omnes reliqui Christiani vniantur Principes.

Quod quamuis videbitur difficilè, præcipuè in initio: sunt tamen aliæ rationes, quibus & hi, & Moscouita simul facile vniri possint, necessitas nimirum, & proprium ipsorum periculum.

Hic, Moscouita scilicet, ne nimium crescat in vicinia tam potens inimicus: Illi vero, ne aut status & Dominia sua Patrimonialia, aut libertatem alij prorsus amittant. Præterquam quod tanta nõ est inter ipsos discordia, tantaq; animorũ alienatio, quin ad mandatũ T. S. facile possint reconciliari. Imo spes est omnes vel vltrò ei obedientiã prę̃stituros,

persuade, ch' egli debba essere pronto à collegarsi con l Imperatore, & il Polacco contra il Turco, tanto più volentieri, quanto all' antica, & perpetua inimicitia s' è aggiunto vn nuouo pericolo, & nuouo danno, per essersi il Turco auuicinato à' suoi cōfini, fino à Catrahan, & impedito con legni armati la nauigatione, & il commercio, che egli haueua con Persiani per lo mare Caspio. Et vniti che siano questi tre insieme à difesa commune, loro Stati bastiano à prohibire, & impedire il Turco, che non possa penetrare più innanzi su l' Europa, nè per terra, ne per mare, se non con euidente pericolo di perdere, e di tirarsi à dosso vna Lega vniuersale offensiua, atta à batterlo e debellarlo ancora; percioche questi tre Potentati confinano seco, & gli sono immediate à frontiera del mare Adriatico, e dalli confini d' Italia, insino al fiume Tanai. Et tutti tre congiunti insieme hanno forze di competere seco, & da offenderlo, perche se bene l' Imperatore, & il Polacco, ancora che vniti, sono di lui assai inferiori, come l' esperienza hà dimostrato, nè potriano sostinere, ò sostentare, massimamente à lungo andare, la sua potenza; nientedimeno aggiuntosi il Moscouito, sono superiori, perche egli hà da dugentomila caualli bene armati, & attissimi alla guerra; tiene arteglieria, & copia di archibugieri, ha per la conformità della lingua Illirica, ouero Sclaua, & della fede Christiana, secondo il rito Greco, la deuotione della maggior parte de' popoli dell' Europa, & alcuni dell' Asia, soggetti al Turco, & pretende all' Imperio di Constantinopoli, si per lo matrimonio d' Anna sorella di Basili, & Constantino Imperatore di Constantinopoli, Auunculo di Meci, ouero Basili primo, Gran Duca di Moscouia Christiano, come per hauer più ... i Rutheni, ouer Moscouiti la Senna, & la Bulgaria possieduto, & dalli Rè Constantinopolitani riceuuto tributo. & sopra tutto per hauere egli solo fra tutti li Principi del mondo, come hà il Turco, li suoi del tutto in suo potere. Per queste cause egli è veramente temuto da lui, perche rompendo il Moscouito contro di lui, ò dalla parte di Asia, ò d Europa, massime in tempo ch' egli hauesse volte le forze in Croatia, ò in Vngaria, il Turco sarebbe astretto, ò à diuiderle, & impiegarne la maggior parte, & specialmente li Tartari à difendersi, & ripararsi da lui.

Et così l' Imperatore, & Polacchi, più facilmēte potriano resistergli, & anco batterlo, ò non le diuidendo, darebbe campo al Moscouito di penetrare, & occupare le sue Prouincie, quanto anco il Persiano, ancora che debole in spalla di questa Lega, potrebbe muouersi, per ricuperare il perduto.

I Georgiani, Tartari, il Valacco, il Moldauo, & il Transiluano, & altre Prouincie da lui oppresse, impatienti del giouogo Turchesco, per ricu-

turos. Quod enim ad Moscouitam attinet, quāuis Greco ille sit additus ritui, semper tamen magnam Romanæ Sedis piæ se tulit reuerentiam, ipsamque data occasione semper fecit maximi, missis etiam ad eam honorificis Legationibus. Quarum vltima ad Gregorium XIII. missa, rogauit, & obtinuit, vt cum Stephano Battorio Poloniæ Rege cum quo bellum gesserat reconciliaretur. Vnde & si Sanct. V ostenderit illum apud eam aliquo esse in numero, missa ad eum Legatione, non priuata aliqua aut communi persona, sed Prælato & Nuntio, eius magnitudine, & præsentis negotij dignitati aut ad-ditati competente: persuadet ratio, promptum eum futurum, ad fœdus cum Imperatore & Polono contra Turcam ineundum: eoque libentius, quod ad antiquam & inueteratam inimicitiam, nouum accessit periculum, Turca ad ipsius confinia Catrahan vsque progresso, & impeditis armata classe, quæ per Mare Caspium cum Persiano habebat commercijs. His itaque tribus ad communem defensionem vnitis: sufficient ipsorum vires ad Turcam retinendum, ne vlterius terra mari ve in Europam penetret, nisi euidenti cum periculo, ne vniuersale aliquod fœdus contra se irritet, quo non tantum repelli, sed & debellari possit Hi enim tres Principes vicini & collimitanei ipsi sunt, ipsumque per mare Adriaticum, & per confinia Italiæ, vsque ad fluuium Tanaim circundant. Tres autem hi coniuncti viribus ipsi, etiam ad offensionem esse possunt. Quamuis enim Imperator & Poloniæ Rex, etiam vniti, longè ipso sint inferiores, vt experientia compertum est, neque eius potentia, præcipuè si tempus protrahatur, resistere aut eam sustinere possint: adiuncto tamen ijs Moscouita, certum est futuros superiores: educit enim ille ducenta equorum optimè instructorum atque ad pugnam paratorum, millia: habet & tormenta, & magnam sclopetariorum multitudinem: habet insuper propter linguę Illyricæ aut Sclauonicæ. Christianæq; ritus Græcanici religionis, commercium & affinitatem, maiorem populorum Turco tum in Europa, tum etiam in Asia subiectorum partem sibi addictam. Habet & insuper suam in Imperium Constantinopolitanum prætensionem, tum per coniugium Annæ Basilij Sororis, cum Constantino Imperatore Constantinopolitano, Mecis auunculo; tum per Basilium, primum Moscouiæ Ducem Christianum: tum demum quia Rutheni seu Moscouitæ sæpius Sennam & Bulgariam possederunt, & ab Imperatoribus Constantinopolitanis tributum exegerunt. Super omnia autem eo ad hoc fœdus & ad Turcæ resistendum commodior est, quia ipse solus ex omnibus Christianis Principibus æquè ac Turca suos omnes in sua habet potesta-

perare la libertà inclineriano subito à ribellarsi. Onde verrebbe à declinare l'Imperio Ottomano, come declinò appunto per la ribellione delle Prouincie, anco il Romano.

Per Mare douendo il Turco ferire di ragione ò nelli Stati del Rè di Spagna, atto à difendersi, ò sempre pronto ad entrare in Lega contra di lui, ò da Vinitiani, li quali stanno sempre prouisti, & ogni volta che sieno tocchi, sono sforzati à collegarsi ancora essi, & non solamente saranno prouisti, ch' egli al manco non possa fare progresso, ma anco per conseguenza è necessaria, & per natura sua propria la consideratione particolare, cioè che la difensiua, & offensiua diuenti vniuersale, & così basterà à batterlo, & debellarlo, perche così si potrebbe congiungendi forze in vn medesimo tempo d' ogni parte dello Imperio assaltarlo.

Et se per timore d' essa si risoluesse contra il proprio instituto, & forma del suo Imperio, non mouuere l' Armi ma lasciare otiosa la sua Militia, egli verrebbe ad aprire la porta alla reuolutione di tutti gli Stati suoi, & la Santità Vostra (assicurata la Christianità, & per terra, & mare dal timore de gl' infideli con questa Lega dell' Imperatore, Polacco, & Moscouito,) potrà godere i frutti della pace, & attendere ad estirpare l' heresia, non poco dalla potenza del Turco fomentate, & essaltare la fede Catolica, da tutti due miseramente conculcata.

testate. Vnde & tanto magis à Turca timetur: Moscouita enim contra eum siue ex Asia, siue ex Europa insurgente, maximè quando vires suas Croatiam versus aut Vngariam extendisset, cogeretur aut vires distrahere, maxima earum parte, Tartaris præcipue Moscouitis oppositis: vnde & Imperator & Polonus reliquas facilius reprimere possent. Nisi autem eas prædicta ex causa diuidat; locum dabit Moscouitæ vt quouis per eius Prouincias penetrare possit. Et quis scit an non & Persiano quamuis attrito detur occasio ipsum à tergo adoriendi & amissa recuperandi?

Georgiani item, Tartari, Valachus, Moldauus, & Transiluanus aliæque Prouinciæ ab ipso oppressæ ac Turcici iugi impatientes, & ipsæ ad rebellionem inclinabunt, animaduersa hac recuperandæ libertatis occasione: atq; ita rebellantibus omnibus prouincijs, necessariò diminuetur Imperium Ottomanicum, quemadmodum & olim Romanum Imperium eiusmodi Prouinciarum rebellionibus diminutum est.

Si mari experiatur Turca, Hispaniarum Regis ditiones aggrediatur necesse est, qui & ad defensionem paratus, aut ad fœdus cum alijs contra eum ineundum promptus erit: Vel Venetorum terras, qui ad iniuriæ propulsionem quoque parati, neque fœdus hoc, vt ipsis præcipuè conducibile reijcient. Atque ita non saltem vndique retinebitur, ne vllos amplius facere possit progressus: sed etiam huius tanquam præcipuè considerationis apud omnes habebitur necessaria ratio, vt nimirum, tam offensiua quam defensiua consideratio vniuersalis fiat: Vnde vires vt dictum est, sufficientes, tam ad eum bello petendum, quam debellandum orientur: poteritque vno eodemq; tempore ab omnibus ferè Imperij sui partibus infestari.

Et si forte timore perculsus contra institutum & formam sui Imperij, arma mouere nollet, suis in otio retentis militibus, ansam proculdubio præberet ad totius sui status commotionem: vnde T. S. (Christianis hoc fœdere Imperatoris, Poloni, & Moscouitæ vndique terra marique à timore infidelium securis) fructibus Pacis gaudens, in hoc incumbere poterit, vt hæresibus, quæ Turcica potentia non parum fouentur extirpatis, fides Catholica ab vtrisque hactenus miserè conculcata, exaltetur.

DISCORSO, SOPRA LA PRESENTE GVERRA D'VNGARIA L'ANNO 1595.

DISCVRSVS SVPER PRÆSENTI BELLO VNGARIÆ ANNI 1595.

SE bene io stimo, che lo scriuere Discorsi, & il fare professione di cio, si argomento manifesto di debolezza di forze, perche i popoli d'alte Imprese, quali furono i Lacedemoni, & i Romani, & sono hoggi li Spagnuoli, & i Turchi, discorrono poco, hanno le forze in pronto, & in contrario veggono quello, che possono, ò non possono fare, & il non saper parlare, nè scriuere, è stata cosa propria di quelli che hanno potuto operare, & fare cose grandi; nondimeno per obedire à Vostra Signor. Illustrissima massime co'l far cosa, nella quale è restato l'honore della Natione Italiana, io dirò qui breuemente quello, che mi occorre intorno alla guerra di Vngheria, sottomettendo pero il mio giuditio all'elza, non che alla punta della sua spada.

La guerra si può fare in due modi, offensiua, & difensiua, & quando si assediano luoghi del nimico, ò si entra nel suo paese con mano armata, & gli si gode de' frutti della guerra, all'hora è offensiua.

Difensiua poi è, quando si fa testa à confini, acciocbe l'inimico non v'entri, ò si difendono le piazze, acciocbe non restino occupate.

Hor in Vngheria se non vi sono altre forze di quelle, che si veggono, noi non habbiamo forma di fare guerra offensiua Reale, come hà dimostrato l'esperienza dell'anno passato, perche cediamo a'nimici, & di gradezza, perche il numero di nostri è di gran lunga inferiore à quello de' nemici; di potenza, per che queste poche forze che si possono sperare, dipendono da più Principi, & non habbiamo capo di auttorità, nè danaro corrente, senza ilquale gli esserciti non si possono far muouere all'imprese, nè mantenere in esse, & la differenza tra i Christiani, & heretici difficolterà sempre l'vnione delle forze, & l'effecutione delle resolutioni.

QVamuis existimem, quod discursus scribere, eiusq; rei facere professionem manifestum sit argumentum alicuius imbecillitatis viriumq; defectus: quia magnanimi illi populi, queles olim Lacedæmonij & Romani fuerunt, hodieque sunt Hispani & Turcæ, pauca loquuntur, vires autem habent in promptu, & econtra facile vident, quid possint, aut non possint; & plerunque, neque ornate dicere, neque scribere, coram fuit qui promptè operari & vel maxima quæq; perficere potuerunt: attamen vt Illustrissimæ V. C. satisfaciam, in re præcipuè quæ ad Italicæ nationis honorem pertinet, paucis referam ea quæ mihi de bello Vngarico digna relatu visa sunt, meum interim Iudicium, non dicam gladij eius apici, sed manubrio submittens.

Duo sunt bellorum genera, alterum offensiuum, alterum defensiuum. Offensiuum est quo loca hostilia obsidentur, aut armata manu hostiles terræ inuaduntur, fructusque ex ea belli, id est, prædæ commoda percipiuntur.

Defensiuũ vero est, quando vel in limitib. hosti resistitur, ne eos transgredi possit, aut loca ab eo obsessa defenduntur, ne in eius veniant potestatẽ.

Nisi autem in Vngaria aliæ sint vires, quam illæ quæ videntur, nulla erit ibi ratio aut forma, qua bellum verè offensiuum, genere possimus, id quod experientia præterito anno comprobauit. Cedere enim hosti cogimur exercitus magnitudine numero quippe illi longe inferiores. Cedimus viribus, cum paruæ illæ quæ adsunt, & sperari possunt à plurib. dependent Principibus: & neq; Ducem habemus qui cum autoritate præsit; neq; paratam habemus pecuniam, sine qua exercitus, nec moueri, nec retineri possunt: præterquã quod differentia illa inter Christianos & hæreticos, virium collationem, consiliorumq; executionem, semper reddat difficiliorem.

In

Et in questa occasione si potrebbe fortificare bene Comar, & Possonia, & tenere l' essercito bene trincierato, & munito alle parti di Vienna, perche hauandoci iui quaranta, ò cinquanta mila Fanti, dieci, ò dodeci mila caualli, & l' Austria, & l' Alemagna alle spale, di che deue temere?

A questo modo Francesco Primo Rè di Francia, accampatosi sotto le mura di Auignone, impedi i progressi di Carlo V. in Prouenza.

Il terzo partito (che mi piace però meno de gli altri) è il diuidere queste forze, che noi habbiamo, lasciandole disunite in due, ò tre luoghi più importanti, come sarebbe Comar, Possonia, & Vienna, perche si è visto che le fortezze nostre si sono tutte perdute questi anni adietro per il poco numero de' difensori.

Hor io foglio compartire sessanta mila soldati in tre, ò quattro luoghi, che siane prouisti di vettouaglie, & monitioni, perche si deue dubitare di non le poter difendere con vn presidio di quindici in vinti mila huomini armati: A questo modo Prospero Colonna, non cacciò i Francesi di Opilano?

Ma perche la guerra difensiua tanto hà più di vantaggio, quanto più participa della offesa con la difesa.

Hora so bene non si può fare guerra offensiua Reale contra il Turco, si puo però far in qualche maniera per via di diuersione, & di disturbo, & ciò in due modi, l' vno si è co'l fortificare qualche luogo aperto, ma di sito gagliardo entro i confini del nimico, & in esso collocare presidio, atto à fargli perdere almeno vn' estate, ouero fortificato il suddetto luogo, & affermare il Campo, pure che vi sia fiume nauigabile, ò paese amico alle spalle, si che il nimico, necessitato à ricuperare il suo, non possa assaltare il nostro. Et questa forma di guerra tenne questi anni à dietro il Ladighiera nella fortificatione di Bricharasso, perche per impedir il Duca di Sauoia, che non trauagliasse il suo egli con il fortificare vn luogo aperto in Piemonte, ottenne il suo intento.

L' altro si è con l' entrare con vn essercito format (essercito formato contra Turchi, chiamo io quello, oue si troueranno vinti mila archibugieri, due mila moschettieri, sedici mila picchieri, & vinti quattro mila caualli pagati) nel paese del nimico, con vn fiume à lato, ò da vna Prouincia amica alle spalle, perche queste forze saranno sempre tali, che potrãno portare disturbo grauissimo al Turco, & con la rouina, che menaranno, & con l' animo che faranno à' popoli mal sodisfatti, & con la difficoltà, che recaranno all' vnione delle forze nemiche, torranno il modo à' nimici di far impresa d' importanza contra noi, & questa mi pare la miglior forma, che si possa tenere in questa guerra.

In tali itaq; occasione optimè ... Comara & Possonia, exercit... Viennensibus in castris bene vallatis teneri. Habentes enim ibi quadraginta aut quinquaginta peditum, & decem aut duodecim equitum millia, clausi a tergo Austria & Germania, quid timebimus periculi?

Ad hunc modum Franciscus I. Franciæ Rex sub Auinionis muris castra metatus, progressum Caroli V. in Prouinciam impediuit.

Tertium consilium, (quod mihi minus quam alia placet,) vt illæ quas habemus vires diuidantur, duobus aut tribus præcipuis locis impositæ, Comaræ nempe, Possoniæ, & Viennæ: satis enim apparuit defensorum penuria hos annos præteritis, præcipuas nostras munitiones esse amissas.

Dispartiar itaque sexaginta militum millia, in tria vel quatuor loca, annoua & cõmeatu, quod satis sit, instructa, quare dubitabimus an quindecim aut viginti militum præsidio defendi possint? An non hoc modo Prosper Columna Gallos ab Opilano depulit? Quia autem bellum defensiuum tanto vtilius est, quanto etiam offensioni est propius; quamuis offensiuum vix contra Turcam geri possit, poterit tamẽ, quod etiam ad offensionem accedit, auerti & impediri: Idq; duobus modis; Primo, si muniatur locus aliquis apertus, sed situ commodus ac fortis, in ipsis hostis confinijs, collocetur q; in eo præsidium, quod ad eum, per totam æstatem detinẽdum sit idoneum: si tali loco munito, etiam in vicinia collocetur exercitus, dum modo fluuium aliquem nauigabilem, aut populum amicum habeat a tergo: Ita vel hostis suum recuperare coactus, nostra aggredi aut tentare non possit. Has belli gerendi rationes præteritis annis obseruauit Ladighiera in Bricharassæ munitione; vt enim Sabaudię Ducem impediret, ne suis esset molestus, fortificato in Pedemontio loco illo aperto, voti sui compos factus est.

Deinde si quis cum exercitu formato (formatum autem contra Turcas exercitum dico, in quo viginti sclopetariorũ, duo millia musquettariorum, sedecim millia hastatorum & viginti quatuor equitum millia, bene persolutis stipẽdijs militant) in hostilem ingreditur regionem, habens in latere fluuium nauigabilẽ, aut amicam terram à tergo. Hæ enim vires semper tales erunt, vt maximum impedimentum Turcis inijciant, tum locorum deuastationibus; tum etiam alijs populis qui ei non satis sunt addicti sollicitatis; tum deniq; impedita virium hostilium coniunctione, quibus omnibus hostis ita distinebitur, vt nullam expeditionem quæ alicuius sit momenti, cõtra nos suscipere aut tentare audeat. Et hæc mihi optima videtur ratio, qua tale bellum administrari & geri possit.

Quanto poi à quello, che V. S Illustrissima mi dice del Capitano, io confesso, che la Christianità non fù mai più pouera di Capitani, che al presente, perche la Nationa Spagnuola s'hà molti Colonelli d'esperienza, & di valore, non hà però hoggi alcuno, che habbia hauuto bastone di Generalato, & oltre à ciò ella è tanto occupata nella difesa del suo contro heretici, che non si può muouere gagliardamente contra Turchi.

La Natione Francese abbonda ancora essa di Colonelli, ma di Capi d'Imprese & d'Esserciti, non sò quanti ne habbia, perche le guerre presenti si fanno in casa con vantaggi diritti, con intelligenza tra nemici, con trattati, & prattiche de' parenti, & di Donne, non che d'altri, le quali cose nulla vagliono fuor di Francia, se vogliamo riguardare l'arte della Militia.

Il Ladeghiera è il primo huomo, ch'essi habbiano, perche costui non s'è messo ad impresa, ancora che ne habbia maneggiate molte, nella quale non habbia mostrato giudicio eccellente, congiunto con pari ardire.

Et non ha fatto errore, che quello, ch'egli medesimo confessa di hauere fatto d'ordine d'altri, cioè, l'impresa di Piemonte perche non essendo egli Principe, & non hauendo essercito grande, s'è messo a fare acquisti, onde per munire Bricherasso, sfornì Ischelles, & per presidiarlo, restò tanto debole in campagna, che perdè Ischelles, & Maretel, & non puotè mantenere Bricherasso.

Il Duca di Epernone è di più belli ingegni, che habbia Francia, onde essendo di professione contra della Lega, & con tutto ciò dependentissimo dal Rè di Nauarra, s'è nondimeno mantenuto grande à sua deuotione, & conseguito grado de' migliori Capitani, & soldati di Francia & hà in ogni occasione mostrato sagacità, & brauura notabile.

Ma se miriamo alle vittorie conseguite, & a' successori loro niun Capitano della fattion Nauarrese si può preferire a Monsignor di Restignach, perche costui in due fatti d'armo ruppe con la morte de' Capitani, due esserciti, l'uno Issuera, oue restò morto il Conte di Ranedanni.

L'altro à Villenuouo, oue rimase affogato il Duca di Gioiosa Dalle quali due vittorie procederono poi consequenze d'importanza.

Se miriamo la reputatione, & vna certa sicurezza di procedere, toglie il vanto à tutti il Duca de Memoransi, perche questo si è non meno con l'accennare, & co'l menare, che col riparare, & col schermire mantenuto grande contra Carlo IX. & Henrico III. & il Rè di Nauarra per mantenerselo amoreuole è stato sforzato à farlo Contestabile.

Del Duca d'Vmena io non dico niente, per non

Illud autem de summo belli Duce ab Illustrissima V. C. propositum quod attinet: fateri cogor Christianos nunquam tanta bonorum Ducum laborasse penuria. Natio enim Hispanica, quamuis multos habeat & expertos & strenuos Colonellos; nullus tamen hodie est, qui Generalatus, hoc est, supremi exercitus Ducis, munus gesserit: & præterea, tam est occupata in propriarum terrarum contra hæreticos defensione, vt contra Turcas arma sua non adeò proferre possit.

Abundat & Gallica natio suis Colonellis; sed expeditionum aut exercituum Duces quot vel quos habeat dicere non possum. Ipsorum enim hodierna bella geruntur domi, certis commoditatibus, intelligentijs inter ipsos hostes, tractatibus, machinationibus insuper, amicorum, parentum, mulierum etiam quandoque, alijsque similibus, quæ extra Franciam habere non possunt, neque si artem respicias militiæ, vllius sunt apud exteros futuræ momenti.

Ladighiera Primus est, quem habent, vtpote qui nullæ expeditioni, quarum plurimas tamen direxit, manum admonit, in qua non excellens Iudicium, pari cum strenuitate & animositate, demonstrauit.

Neque vllum vnquam admisit errorem, præter illum quem ipse fatetur se alterius admisisse mandatu in expeditione nimirum Pedemontana, in qua neque Princeps ipse existens, neque etiam sufficientibus stipatus viribus, ditionis suæ tentauit extensionem; atq; vt Bricherassum muniret, Ischellas nudauit, & præsidio ei imposito, seipsum ita debilitauit, vt Ischellas & Maretellum amiserit, & Bricherassum defendere non potuerit.

Dux Espernonius, ex elegantissimis totius Franciæ est ingenijs: vnde quamuis professione ligæ nostræ sit contrarius, & insuper à Nauarræo dependeat totus, semper tamen eius deuotionem præ se tulit; nomenque optime totius Franciæ & Ducis & militis consecutus in omnibus occasionibus admiranda sagacitate & constantia demonstrata.

Si victorias obtentas, earumque respiciamus successores, ex omnibus Nauarrenæ factionis Capitaneis, nullus Domino de Restignac præferri potest. Duobus enim ille in conflictibus, duos confecit exercitus vna cum suis Ducibus. Vnus Isseueræ vbi Comes de Ranedanni occubuit: alter in Villanoua, in quo Dux Ioyeusæ aquis suffocatus perijt: atque ambas has victorias maximi momenti effectus subsecuti sunt.

Si reputationem cum certa quadam in procedēdo securitate respiciamus, palmā præ alijs feret Dux Memorantius: Hic enim non minus nutibus & factis, quam reparationibus & cautelis, se

contra

parer d'andare contra l'opinione commune, che dipende da' successi delle cose.

Ma se consideriamo il numero delle vittorie, nissun Capitano Francese mette il piede dinanzi al Duca di Mercurio, perche per non dire mete dell'altre fattioni, la vittoria ch' egli hebbe à Earon, fù per numero de morti, & di prigioni la maggiore che sia succeduta in quel Regno a' tempi nostri.

racolosamente riparato il colpo spauenteuole fatto da mani d' vn Francese, atto horribile, & mostruoso, ma spinto da vno spirito inhumano, contra la persona di S. M la quale per tutte le sopradette ragioni fa sapere ad ogn' vno non volendo più lungamente mancare all' honor suo, & alla protettione, che deue alli suoi subditi, & in particolare ad essi Cambrosini, si come mancarebbe tolerando, & dissimulando più lungamente li progressi di cotesti sceleratissimi pensieri, & attioni, vedendo parimẽte il poco conto, c' hanno fatto quelli di Artois, & Hanaut, con grande rammarico, & dispiacere di S. M. de gli auuertimenti, ch' essa hà voluto darli con espresse lettere di volerli soccorrere, & schiuare la tempesta, & la guerra suscitata da detti Spagnuoli non meno con la loro ruina, che con il danno de' suoi sudditi fa sapere, ch' egli hà statuito, & risoluto di fare da qui indietro la guerra aperta per terra, & per mare al detto Rè di Spagna alli suoi sudditi, & vassalli, & paesi per vendicarsi sopra di loro delle ingiurie, & offese che S. M. & li suoi sudditi ne riceuono, si come hanno fatto li suoi Rè antecessori in simili occasioni, con salda speranza, che Iddio, il quale conosce l' intrinseco del suo cuore, l' equità della causa, li continuerà il suo diuin fauore, benedirà, & prospererà le sue giuste Armi con lo aiuto de' suoi fedeli sudditi, & vassalli, & seruitori, che facciano per l' auuenire la guerra per mare, & per terra al detto Rè di Spagna, alli suoi paesi, sudditi, vassalli, & adherenti come nemici della sua persona, & Regno. Et per questo effetto commanda, che vrtino c. n forze ne' detti paesi, assaltino, & piglino le Terre, & fortezze, che sono sotto la sua obedienza, & facciano pagarli danari contributioni, facciano preg'onieri li suoi sudditi, & seruitori, li mettino riscatto, li trattino si come essi fanno, & faranno quelli di S. M. la quale perciò hà prohibito, & pr hibisce con la presente ogni sorte di prattica commertio, & intelligenza & Lega con il detto Rè di Spagna, li suoi adherenti, seruitori, & sudditi sotto pena della forca.

Hà reuocato, & reuoca da questa hora ogni sorte di licenza passaporti, salui condotti dati & concessi da essa, ò da suoi Luoghitenenti, i quali, & alli Commissarij à questo statuto dichiara annullati, prohibisce d' hauer rispetto quindeci giorni doppo la publicatione di essa, la quale S. M. per questo effetto hà commandato esser fatta à suono di trombetta, & grido publico nelle Prouincie, & frontiere del Regno, accioche niuno possa pretendere escusa di ignoranza, anzi accioche ogn' vno habbia ad osseruarla sotto pena di disobedienza.

filiorum atq; actionum tolleraret aut dissimularet: Videns etiam S. M. neque sine magno dolore, quam Artoisij atque Hanualtij paternas suas admonitiones, quibus etiam addita auxilij promissio contra belli tempestatem ab Hispanis nõ minus in ipsos quam in subditos suos motam, contempserint: bellum terra marique in posterum, apertum gerere decreuit, contra Regem Hispanię, eius subditos & vasallos, & contra eius regiones ac terras, qua se ab iniurijs & offensis quibus cum Sua M. tum eius subditi ab Hispanis affecti sunt, vindicet: quemadmodum & eius Maiest antecessores in similibus occasionibus fuerunt: Firma in Deo, qui intimos cordis S M. cognouit recessus, atque causæ æquitate concepta spe, quod Diuino suo ei adesset fauore, ac benedictione, iustaque eius arma secundabit, vt mediante fidelium suorum subditorum auxilio, terra marique prosperè cum Rege Hispaniæ, eius terris ac regionibus, subditis, & vasallis, & dependentibus, tanquam publicis & personæ & Regni eius hostibus prosperum bellum gerat. Mandat itaque suis subditis, atque exercitibus, vt summa vi terras Regi Hispano subiectas aggrediantur, impugnent expugnent, ciuitates atque munitiones, contributiones ab ijs exigant, captiuos ducant, pretia imponant, in summa eius ita tractent, vt & hactenus ab ipsi tractati fuerunt, & vt hodierno adhuc die S. M. subditi ab ipsis tractantur. Prohibet etiã atq; interdicit pręsenti hac omnia cum ipsis commercia tractatus atque fœdera cum prædicto Hispaniæ Rege, eiusque ministris atque subditis, sub suspendij pœna: Reuocauit atque reuocat ab hac hora, omnis generis licentias, saluos conductus, ante hac vel à se, vel à locum suum tenentib. alijsque commissarijs concessos, eosque omnes sublatos vult: Commissarijsque suis demandat, ne à decimo quinto ab huius publicationis die, vlla eorum habeatur ratio. Quam publicationem inflatis tubis & publicis per omnes Regni ditiones & limites proclamationibus S. M. fieri iubet, ne quisquam ignorantiæ excusationem prætendere possit, eamque omnes sub pœna inobedientibus debita, obseruent.

PER

PERSVASIONE
A PAPA CLEMENTE VIII. D' ANDARE IN FRANCIA PER ACCOMMODARE LE GVERRE DI quel Regno l' Anno 1592.

PERSVASIO
AD PAPAM CLEMENTEM VIII. VT IN GALLIAM AD COMPONENDA ILLIVS REGNI BELLA PROFIciſcatur, Anno 1592.

DAll'hora in quà, Beatiſſimo Padre, che la Santità Voſtra fù aſſunta à queſto ſublime grado del Pontificato, ſi concepi da tutti quelli, c' haueuano oſſeruato il torſo della paſſata ſua vita, ſempre integra, ſempre religioſa, & ſempre zelante dell' honore di Dio ò che n' haueuano in qualche modo hauuto notitia, vna ferma ſperanza, ch' ella doueſſe fare appunto di quelle opere, che noi veggiamo, ch, ella fà, cioè, oſſeruare vn' incorrotta giuſtitia con ogn' diſtintamente punire li triſti, premiare li buoni, prouedere de' cibi corporali, & ſpirituali al ſuo popolo, correggere li deprauati coſtumi, & rimettere il culto Diuino, che è per malignità d' huomini, ò per le troppo frequenti morti de Papi ſuoi predeceſſori, haueua contratta qualche macchia nel ſuo ſplendore antico. Ma ſopra tutte l' altre opere, che s' aſpettauano della ſua Pietà, era, che ella abbracciaſſe con affettuoſi la cauſa de' Catolici nel Regno di Francia, per eſſere coſi fatto negotio il più importante, & quello onde può deriuare maggior bene, & maggior male alla Chriſtianità di tutti. Alla qual eſpettatione Voſtra Santità à buoniſſimo fine hà fin qui corriſpoſto, hauendo non ſolo fatto dichiaratione d' vn legato, ma anco eſſortati particolarmente li Principi, Prelati, Signori, & città di quel Regno, à congregarſi per eleggere vn Rè di nome, & di effetti Chriſtianiſſimo, oltra all' aiuto di denari, che conforme alla poſſibilità ſua hà collà inuiati, & parecchie altre attioni, ch' io tralaſcio, le quali ſono ſtate, & ſono tutte di gran momento, per aiutare, & ſolleuare di miſerie quell' afflitto Regno, & quaſi diſtrutto,

AB ea ipſa hora Beatiſſime Pater, qua Sanctitas Veſt. ad ſublimem hunc Pontificatus gradum eleuata fuit, certa omnibus, qui curſum prɶteritɶ eius vitɶ, ſemper integrɶ, ſemper religioſɶ, & ſemper honoris Diuino zelo flagrantis, obſeruarunt, aut eius qualemcunque notitiam habuerũt, ſpes affulſit, eum illa ipſa, in quibus nunc occupata eſt, facturam, obſeruata nimirum ɶquabili eum omnibus Iuſtitia, punitis exemplariter ſceleratis, bonis vero prɶmio affectis; & ſpirituali & corporali populorum ſuorum curato cibo & ſuſtentatione, deprauatis moribus, correctis, & cultu demum Diuino, qui aut hominum malitia, aut frequenti Paparum per mortem eorum, mutatione prolapſus ferè erat, antiquo ſplendori reſtituto. Inter prɶcipua autem quɶ à tua pietate exſpectabantur, erat hoc, nimirum vt eum debito effectu cauſam Catholicorum in Francia amplecteretur; prɶcipuè cum id negotium tale ſit, vnde vel maxima vtilitas & felicitas, & ſummum quoque damnum ſi negligatur toti Chriſtiano orbi prouenire poſſit. Cui omnium exſpectationi Tua Sanct. hactenus feliciter reſpondit, declarato non ſolum Legato, ſed etiam ipſis Principibus, Prɶlatis, Dominis & ciuitatibus illis Regni ſpeciatim exhortatis vt pro nouo eligendo Rege, qui & nomine & reipſa Chriſtianiſſimus ſit, comitia agant: prɶter pecuniarum etiam auxilium, quod pro facultatibus ſuis, quantumque potuit, eò tranſmiſit, aliſque ſimilibus actubus, quos breuitatis hic omitto ſtudio, qui omnes & ſunt, & fuerunt maximi momenti, ad afflictum illud & ferè iam collapſum

illud

accioche purgato, & ridutto, nel suo primo splendore, possa essere, come ad altri tempi è stato la base, & sostegno di questa santissima Sede.

Vna sola per condimento di tutte l'altre resta da desiderare in questo particolare dalla somma prudenza, & pietà singolare di Vostra Santità, la quale è, ch'ella s'accinga à passare personalmente in Francia, il che pare, ch'Iddio habbia riseruato à lei, poiche li Pontifici, che sono stati, da che cominciarono queste turbulentie, cioè, dalla morte de' due Principi di Ghisa, ch'il già Rè Henrico si dichiarò scopertamente di volersi lasciare per successore Henrico di Borbone, chiamato Rè di Nauarra, ò dalla morte di esso Rè Henrico, ò erano troppo carichi d'anni, ouero erano aggrauati d'infirmità.

Et nel vero se Clemente VII. non ricusò di passare fino à Marsilia, per attione veramente temporale, se Paolo III. passò à Nizza pure per operare cose mondane, quanto più prontamente deue Clemente VIII. mettersi ad vna tal peregrinatione per cosa di tanto maggior rileuo di quelle, quanto eccede il bene vniuersale il particolare, & il bene dell'anima quello del corpo.

Ma tralasciando li pensieri mondani, & gl'interessi priuati, de' quali deue spogliarsi con ogni suo potere chi tiene il luogo, c'hora è commesso alla Santità Vostra. Non può essere, ch'ella non si raccordi hauer letto, che Vrbano Secondo, & Eugenio III. fecero questo stesso viaggio, per inuitare li Principi, & Signori di Francia à muouere l'armi contra gl'infideli, & nondimeno quella impresa non haueua proportione con questa, percioche si trattaua di ricuperare vna picciola Pr. uincia di già perdutta, cioè, Palestina, ò d'allontanarsi li Turchi dalli n. stri confini, ma al presente si tratta di leuare dalle fauci di Caluino (il più pernicioso heretico, che mai sia stato) vn Regno più grande di quaranta Palestine, il quale è posto nel cuore della Christianità, & contiguo all'Italia.

Pio II. di questo nome, si transferì à Mantoa, non per altro effetto, che per muouere li Principi, & particolarmente gl'Italiani, contra il Turco, si come fece, & doppo se n'andò in Ancona, con certa risolutione di passare il mare, non hauendo rispetto nè alla salute sua, nè al bene temporale dello stato Ecclesiastico, per assistere à quella guerra, & pure si trattaua d'assaltare, & assalire vn nemico lontano.

Che douerà dunque fare Vostra Santità hora, che si tratta di difendere vn Regno così vicino, contra vn nemico così acerbo, che spira fuoco, & veleno à guisa d'vn Drago, verso la Religione Catolica?

Pio V. la cui memoria è à tutto il mondo, & in particolare à Vostra Beatitudine in tanta riueren-

illud Regnum in miserijs suis subleuandum, vt tandem repurgatum atq; ad antiquum suum reductum splendorem, possit, quemadmodum & antehac semper fuit, huius sanctæ sędis, & basis & sustentaculum esse.

Vnicum autem tanquam omnium reliquorum condimentum hac in parte, à summa Prudentia & singulari pietate V.S. exspectatur, nimirum, vt ipsa se in propria persona ad iter in Franciam accingat, quod à DEO ipso V.S. reseruatum videtur: cum omnes illi Pontifices, qui à turbarum harum initio, à morte nimirum amborum Principum Guisiorum, qua præsens hic Rex satis declarauit se Henricum Borbonium, qui Nauarræ Rex dicitur, successorem velle, vel à morte prædicti Regis Henrici fuerunt, aut annorum pondere, aut morborum onere impediti, rem hanc perficere non potuerunt.

Et verò si Clemens VII. non recusauit etiam Marsiliam vsque proficisci, in re merè temporali; Paulus III. Nizzam vsque egressus est, ad res mundanas saltem curandas: Quanto promptius Clemens VIII. huic se peregrinationi in re tanto maiori, quanto vniuersalia particularibus, bona animæ corporis bonis, maiora sunt?

Relictis autem omnibus mundanis cogitationibus, ac priuatis compendijs, quibus qui talem tenet locum, quantum quidem fieri potest renūtiasse conuenit; nullum est dubium, quin S.V. meminerit se aliquando legisse, quod Vrbanus II. & Eugenius III. idem susceperunt iter, vt hortarentur Principes ac Franciæ Dominos, ad arma contra infideles capessenda. Neq; tamen illud negotium huic erat comparandum; huc nimirum tendens, vt parua Prouincia olim amissa, nempe Palæstina recuperaretur, aut vt Turcæ à nostris repellerentur confinibus. Sed nunc hoc agendum, vt è Caluini, perditissimi qui vnquam fuit hæretici, faucibus regnum vel quadraginta Palæstinis maius, in corde quasi orbis Christiani situm, nostræque Italiæ contiguum, eripiatur.

Pius huius nominis II. Mantuam vsque profectus est, non alium in finem, quam vt Principes, præcipuè Italos contra Turcam moueret, atque hinc Anconam discessit, ea resolutione vt mare traijceret, vt huic quoque bello quo host s in longinquo quærebatur inesset, nulla vel valetudinis, nec temporalis commodi Ecclesiastici status, habita ratione.

Quid igitur S. V. hoc tempore faciet, vbi agitur de regni tam vicini defensione, cōtra hostem tam acerbum, qui draconis in morem ignes atque lethalia spirat venena contra Catholicam Religionem?

Pius V. cuius memoriam & V.S. & totus etiam reneretur mundus, paucis ab hinc annis, huic se iti-

za alli giorni nostri, si risolse di far quest' istesso passaggio d' oltra il mare, pure contra il Turco, & l' haueria senza dubbio esseguito, se fosse piacciuto à Dio di lasciarlo più lungamente in terra; & Vostra Santità, ch' ammira l' opere di quel santo vecchio, & imita nel resto, non vorrà imitarlo anco in ciò, di mettersi in vn viaggio più breue, e più facile, per l' istesso fine del bene della Religione, anzi per fine tanto più glorioso, quanto è più vitupereuole il perdere vno Stato, che si tenga, che il non acquistare vno che non si tenga.

Ma siami lecito à toccare tutto quello di bene, che può causare la Santità Vostra facendo questo viaggio; ella adunque apporterà giouamento non solo alla Religione Catolica, & in consequenza à questa santissima Sede, capo di essa Religione, ma anco all' Italia, & in particolare allo Stato Ecclesiastico, & specialmente à questa Città di Roma.

Grandissimo sarà l' vtile, che quest' andata di Vostra Beatitudine arrecherà alla Religione, percioche ella non sarà così tosto giunta à Lione, che non resterà Principe nè Prelato, nè Signore, nè Gentilhuomo in Francia (de' Catolici parlo) che non corri à baciare li santissimi Piedi, & à riceuere li suoi comandamenti, & non solo li zelanti, ma ancora i tepidi, ò che fin quà sono stati neutrali, di modo, ch' ella potria facilmente vnirli, & concordarli nell' elettione d' vn buon Rè, che s' Vrbano sudetto hebbe forza di persuadere questi istessi Francesi à fare vn Passagio così trauaglioso, & di tanta spesa, com' fù quello di Soria, quanto più facilmente si può credere, ch' ella sia per muouerli ad eleggere vn Rè, che ridonda in vtile, & gloria loro, & che sarà cagione di farli cessare dall' arme, & dalle spese.

Portano per l' ordinario gli huomini di quella natione (eccettuandone coloro, che sono del tutto corrotti) molta riuerenza verso il sommo Pontefice, però si deue sperare, che la presenza di lei, & le sue parole siano per essere di grande efficacia appresso di loro, & se Dio li presterà gratia di conseguire questo frutto della fatica sua, ch' ella coroni di sua mano vn Rè di Francia: può anco accertarsi, che l' vtile, che soleua trarre quest a Sede da quel Regno, si metterà in piedi, anzi per auuentura s' accrescerà tanto, quanto sarà maggiore l' obligatione, che terra questo tal Rè alla Santità Vostra per così segnalato beneficio, maggiore, che quelli, che haueuano li Rè passati, à predecessori di lei.

Nè picciolo saria il giouamento, che da questo viaggio riceuerà l' Italia, ò lo Stato Ecclesiastico, & la città di Roma, percioche non ci sara Principe, ò Signore di questa Prouincia, s' io non erro, che non venga in Persona, ò almeno non mandi alcuno de' suoi più propinqui ad accompagnarla. Così

itineri quoque accinxerat, mare contra Turcam traijcere paratus; & perfecisset quoq; si Deo placuisset eũ diutius in hoc mundo relinquere: quid igitur? V. S. quæ huius venerandi senis miratur opera, atq; imitatur etiam in omnibus alijs, an non imitabitur etiam in hoc, vt & breuius iter & facilius ingrediatur, eodẽ fine, defensionis nimirum Christianæ religionis, cuius successus tanto gloriosior erit, quanto cum maiori vituperio status possessus amittitur, quam alienus non acquiritur.

Liceat mihi paucis ea contingere bona atque commoda, ab hac S. V. profectione speranda, qua multum adiumenti adferet, non saltem Catholicæ Religioni, & per consequens, sanctissimæ quoque huic sedi, quæ caput eius est, sed etiam Italiæ: in specie autem vniuerso statui Ecclesiastico atque huic ciuitati Romanæ.

Maxima ab hac B. V. profectione commoda religioni prouenient. Non enim tam citò Lodunum ea perueniet, quàm vndiq; concurrent Principes, Præsati, & Gallica Nobilitas, (de Catholicis loquor) neq; quisquam emanebit qui non sanctissimos eius pedes exosculetur, & mãdata eius vltrò recipiat: quod non solum de zelatorib. exspectandum, sed etiam de tepidis illis, & ijs qui huc vsque neutrales esse voluerunt. Vnde facilè à S. B. vniri possent, vt concordib. animis in electionem boni alicuius Regis consentirent. Si enim Vrbanus tam periculosam Gallis persuadere potuit atque sumptuosam in Syriam profectionẽ, credibilius certè est & S. Vest. obtenturam vt talem eligant regem qui ipsis & vtilitati & honori sit, qui à continuis eos bellis maximisque sumptibus liberet.

Pleriq; eius nationis homines, illis saltem exceptis qui prorsus sunt corrupti, magno habent Summum Pontificem in precio: vnde & hoc sperandum est V S. præsentiam, eiusq; vocem magni apud eos futuram ponderis. Et si Deus hanc addat gratiam, eumq; laboris sui fructum, vt sua manu Franciæ Regi coronam imponat: fieri etiam posset, vt commoda illa quæ S. Sedes ex illo Regno percipere solebat restituerentur, imò fortè tanto fierent maiora, quanto maior futura esset obligatio istius Regis versus S. V. pro tam notabili beneficio: & maiore, quam vlli eius antecessores hactenus percepissent.

Neq; paruum esset futurum emolumentum, quod Italia, aut vniuersus Ecclesiasticus status ab hac S. V. & ipsa Roma esset sensura: Nullus enim in tota hac Prouincia erit aut Princeps aut Dominus, qui non vel in propria persona, vel misso ad hoc officij præcipuo aliquo ex amicis & domesticis suis eam honoris gratia comitetur. Hoc autẽ vt certo statuam hinc fit, quod videam Religionem & pietatem nondum esse extinctam, sed viuere adhuc & vigere magis quã vnquam in ma-

gna-

mi giona di credere, percioche sò, che la religione & la pietà, non sono ancora spenti, anzi viuono più che mai, nelli magnanimi, & religiosi petti de gl' Italiani, & percioche tutti questi condurranno con essoloro li più inquieti spiriti de' loro Stati, che tali appunto sono quelli, che per l'ordinario si danno allo studio dell' armi, lascieranno per conseguenza in pace questo paese.

Ma se bene si vuole credere, che tutti li Principi, & Signori manderanno, ò verranno à seruirla specialmente, però si deue sperare, che delli vassalli della Chiesa niuno si rimarrà anzi faranno à gara, à chi potrà mostrarsi più parato, ò comparire meglio in arnese, & massime li Baroni, & Caualleri Romani, si come quelli, che essendo più sotto gli occhi della S. V. non potranno schiffare senza macchia di seguitarla, se però non basterà à muouerli la speranza delli premij Di maniera, ch' ella lascierà tutto lo stato suo, & questa Città particolarmente in tranquillità, & di più anco in tanta maggior abbondanza quanto importa il numero di quelli, che la seguiteranno, che sarà grande.

Io aggiungerei appresso, che Vostra Beatitudine con quest' andata, conseguendosi il fine, apporterà molta gloria al suo nome, & per auuentura alla sua Casa; ma per che io la conosco affatto spogliata di terrene, & carnali passioni, & tutt' intenta alle cose spirituali, & al publico bene, io me ne astengo.

Ma veggo, ch' alcuno potria cercare di persuaderla à non andare, sotto colore che non riuscendolel impresa, ella fusse per perdere di reputatione. Questo risguardo, Beatissimo Padre, deuono hauere li Principi secolari, ma non conuiene alla Santità Vostra, la cui reputatione non consiste, che nell' opinione del zelo, & della Carità.

Riuolgomi hora à mostrare, che questo viaggio non saria frustratorio, nè difficile, le quali due cose potriano forsi alienarla da così fatta risolutione.

Potrebbe parere vana per auuentura quest' andata, ò perche il Rè si può eleggere senza di lei, ò perche forse sarà eletto auanti, ch' ella sia in ordine per incaminarsi, tuttauia non è così imperoche se bene è vero, che si può venire alla elettione d' vn Rè senza la presenza sua, nondimeno è ancora vero, & si tocca con mano, per quello, che hò detto, che vi si verrà con maggior facilità, s' ella stessa sarà presente, ch' essendo lontana, & è verissimo, che il negotio è di tanta importanza, che non si deue lasciare adietro, (perdonimi Vostra Beatitudine questa licenza di parlare) alcuna fatica, per farlo riuscire, massime che tentandosi, & non riuscendo si renderà più difficile, percioche s' ingrosseranno li sangui, & si alieneranno gli animi de' Principi l' vno dall' altro.

gnanimis atq; religiosis Italorum pectorib. Qui & ipsi secum educent inquietiora ditionum suarum ingenia, qui plerunq; armorum amant strepitus: pace hoc modo domi relicta.

Et si quis credere nollet, omnes Principes aut Dominos vel in propria persona, vel per suos eam prosecuturos: certa tamen spes, nullum ex Ecclesiæ vasallis domi remansurum, sed vel certatim accurrent, atque inter se contendent quis prior & paratior in armis haberi debeat: & præcipue Barones, & Equites Romani, vtpote qui præ alijs S. V. oculis expositi, non poterunt absq; ignominiæ aliqua nota tergiuersari, si præmiorum spes non sit ad eos excitandos sufficiens. Relinqueri itaque V. S. totam suam ditionem, & hanc præcipue ciuitatem in tranquilla quiete, & insuper etiam, in tanto maiore rerum abundantia, quanto maior erit eorum numerus, qui eam comitabuntur: qui proculdubio magnus erit.

His etiam adderem, quod V. B. hac profectione feliciter succedente, magnam nomini suo, & fortassis toti suæ familiæ, pararet gloriā: sed quia video eam omnes mundanos affectus ac carnales passiones prorsus exuisse, totamque & rebus spiritualibus, & publicæ saluti inhærentem, nolo de his sermonem instituere.

Sed video posse etiam inueniri, qui S. V. velit persuadere, vt domi maneat, ne profectione sinistre succedente, eius quodammodo imminuatur reputatio. Sed Beatissime Pater, noueris tales respectus Principibus quidem secularibus, non autem Vest. S. cuius omnis reputatio non in alia re, quam in zeli & Charitatis opinione cōsistit, conuenire.

Eò itaque reuertor, vt ostendam hanc profectionem neque infructuosam neq; difficilem futuram; nam hæc sunt pręcipua, quæ animum eius ab ea abducere aut alienare possent.

Vana atque inanis forte videri possit: quia vel poterit eligi Rex, absque S. V. præsentia, vel forte iam erit electus antequam ea se det in viam. Sed hæc non sunt timenda. Quamuis enim verum sit ad electionem perueniri posse absque S. V. præsentia: verum tamen ēt est, & vel cuiuis ex superius allatis rationibus est obuium, maiorem hac in re futuram facilitatem ea pręsente, quam absente: & longè verissimum est, rem hanc tanti esse momēti, vt nullus (condonet rogo S. V. hanc loquendi libertatem) prætendi hic labor possit, propter quem intermitti debeat; sed vrgendus etiam successus: maximè quia si tentatus, neque succedat, res multo fit difficilior. Recrudescet enim vulnus, & principum animi magis erga se inuicem exasperabuntur.

Vulnus hoc Francię hoc tempore tam est periculosum, vt supremi Chirurgi requirat manum

Questa piaga della Francia è fatta hormai tanto pericolosa, c' hà bisogno d' essere curata da sourano chirurgo, & non bastano, (così Dio volesse, che bastassero) gli ordinarij.

Ma ancora, che fusse eletto questo Rè prima d' essere Vostra Beatitudine in ordine per porsi in camino, non sarà però frustratoria l' andata sua, percioche seruirà per publicare il Sacro Cõcilio di Trento in quel Regno, & per farne vn Nationale, ad effetto di riformare li costumi di quella Natione, & prouedere à gli abusi (s' alcuni ne hauerà introdotti la licenza, che porta seco la guerra) della Chiesa Gallicana, che se Vostra Beatitudine hà tanta cura della Chiesa di Roma, come noi veggiamo, ch' ella hà, non deue hauerla minore, essendo padrone, & pastore vniuersale dell' altre, & specialmente della Gallicana, la quale è così principal membro.

Oltra, che abboccandosi la S. V. con quel tal Rè, che sarà eletto, essendo da lui riuerita nel modo, che si conuiene, rinfrescherà la memoria dell' ossequio, che deono li maggiori Principi, & Monarchi al Sua P. & farà risplendere l' auttorità di questa santissima Sede, il che non suole auuenire così spesso.

Aggiungesi etiandio, ch' ella potria facilmente indurre detto Rè à collegarsi con essolei, & co'l Rè Catolico, o con gli altri Principi Christiani per l' impresa d' Inghilterra & contro il Turco oltra ch' ella hauerà occasione nel viaggio di visitare anco molte Chiese d' Italia, parte nell' andare, & parte nel ritorno, che sarà pure conforme all' instituto suo, & à quella pia impresa in cui ella, & meritamente preme tanto.

Ma si come questo viaggio non può essere frustratorio, in maniera che perciò sia da tralasciare, così mi pare, che non sia tale la difficultà d' esso, che debba sbigotire V. B. percioche le cose, che possono farlo stimare difficile, sono la spesa, l' età, la sanità, la lunghezza del camino, & la stagione.

Ma della spesa parlando; se bene è vero, che non può essere picciola, atteso il grado della Santità V. non sarà tuttauia eccessiua, percioche ella non hauerà obligo di nutrire, che sola la sua famiglia, la quale non farà bisogno, ch' ella accresca in maggior numero del solito, per essere ben accompagnata, che gli faranno assai larga compagnia li Cardinali & gli altri Principi, Signori, & Gentilhuomini, che verranno con lei. Et quando la spesa douesse eccedere di molto la sua possibiltà, non voglia per questo alterarsi, che l' opera porta il pregio, e non mancheranno Principi in Italia, & fuori, che gli daranno aiuto oltra quello, che volendo, potrà cauare dalle decime Ecclesiastiche.

Non ritenne, & non turbò Clemente VIII. la spesa, che non andasse due volte à Bologna, & vn

neque ordinaria sufficiunt medicamenta, faxit Deus vt illa proficiant.

Veruntamen, demus Regem antequam Vest. B. itineri accincta sit, electum: non ideo infrugifera eius erit profectio. In hoc enim vtilis erit, vt in illo Regno Concilium Tridentinum publicetur, atque vt nationale aliquod conuocetur, in quo mores eius nationis emendentur, & abusibus, si aliqui in Ecclesia Gallicana sint, quos bellorum produxerit licentia, medicina adhibeatur: cumque V. B. tantum Ecclesiæ Romanæ, quantum videmus habeat curam; huius certe minorem non debet habere tanquam Pastor & Dominus ant Patronus vniuersalis omnium reliquarum, & præcipuè Gallicanæ, vt membri etiam principalis.

Præterea S. Vest. in propria persona præsente, à nouo electo Rege, qua par, est, reuerentia habita, renouabitur memoria obsequij, quo maiores & Principes & Monarchæ erga sanctam Sedem sunt obligati; atque hoc modo eius splendor augebitur. Ad quam rem non sæpè dari solet occasio.

Adde & hoc, quod V. B facile posset huic Regi persuadere, vt fœdus secum, cum Rege Catholico & alijs Principibus ineat, tam cõtra Angliam, quam contra Turcam. Præterquam quod tum in profectione, tum in reditu, occasionem habebit, multas etiam in ipsa Italia visitãdi Ecclesias; quod tam pio, quam peculiari S. V. instituto apprimè conueniens erit.

Quemadmodum autem hoc iter non tam potest esse infructuosum, vt ideo intermitti debeat, ita & nec tam difficile mihi videtur, vt B. V. ab eo absterreri debeat. Nam quæ id possunt facere difficile, sunt aut sumptus, aut ætas, aut valetudo corporis, aut itineris lõgitudo, aut tempus. Quoad sumptus, vt de his aliquid dicam, quamuis illi non possint esse parui; tum propter S. V. gradum, tum etiam propter comitatum: non tamen adeò possunt esse magni. Non enim plures tenebitur nutrire, quam suam familiam, quam non opus erit augere supra numerum solitum. Erit enim satis stipata Cardinalibus, alijsq; Principibus, Dominis ac nobilibus, qui eam comitabuntur. Et quamuis sumptus illi vires S. V. longè superarent, non ideo essent timendi: cum operæ sit pretium: neque deerunt Principes tam extra, quam intra Italiam, qui eam quantum quidem in ipsis erunt iuuabunt: præter decimas etiam Ecclesiasticas quæ non inutiliter hic si V. S. volet collocabuntur?

Non extimuit Clemens VII. sumptuum magnitudinem bis Boloniam, & semel Marsiliam profectus est: Clementem VIII. illi, ne semel in Franciam proficiscatur terrebunt.

De ætate autem: Quamuis iam sextum supra quin-

à Marsiglia, & riterrà, & tuberà Clemente VIII. cioè non passi vna volta in Francia?

Et ragionando dell' età, ancora che V. B. habbia cinquantasei anni, non si può tuttauia chiamare vecchia, massimamente essendo di così valido & robusto temperamento, com' ella è, che pare appunto, che Dio l' habbia mandata apposta per intrapendere vna così fatta impresa.

Haueua Paolo III. quando passò à Nizza più di settanta anni, e s' egli non impaurì per l' età deue impaurirsi la S. Vost. che hà quindici anni di manco?

Ma io stimo di essere cosa misteriosa, & data dal cielo, & questo mi fa sperare buon' esito di tal impresa, che si come Clemente VII. di cinquanta sei anni si transferì à Marsiglia, così la S. V. della medesima età, si transferrà in Francia.

Quanto alla sanità, questo popolo ringratia Dio, che gli habbia concesso vn Papa, che non patisca infirmità alcuna, ò di molto pericolo, ò di molto trauaglio, sperando di douere sotto il suo santo gouerno, viuere lungo tempo felice.

La gotta solamente che suole tal volta Vost. B. sentire potria mettersi in consideratione, ma questo non è male, che impedisca li viaggi, nè à lei vieta il caminare con li suoi piedi istessi, se non pochissime volte, & per breuissimo spatio; & noi sappiamo che Pio II era tutto stroppiato da simile male, & pure si transferì à Mantoua. & andò in Ancona, con pensiero fermo da passare in Leuante sul' Armata Marittima.

Et Pio V. auuenga, che fusse fieramente vessato dalla Pietra, nondimeno era resolutissimo di fare vn simile passaggio; perche si vuole dunque dubitare, che la S. V. si rimango d' andare in Francia per indispositione.

La lunghezza poi del camino non è da mettere in molto contrasto perciochè per andare à Lione, ch' ella potrà fare termine del suo viaggio, andrà le due terzi per mare su le galere, cioè, da Ciuità vecchia, doue s' imbarcherà fino à Sauona, di modo, che non gli resteranno da fare per terra più di ducento miglia, che tanti sono, ò in circa dalla detta città di Sauona, per la via di Turino à quella di Lione, cioè, spacio poco maggiore, che da Roma à Bologna.

Resta per vltima da vedere se la qualità della stagione può rendere difficile à V. S. quest' andata, à me certamente pare di nò, percioche se bene è vero, che à voler fare ogni diligenza possibile, ella non sarà in punto per mettersi in viaggio, auanti che sopraunnga la rigidezza del verno, basta però, ch' ella attualmente comminci a muouersi a prima vera, & che tra tanto dichiari, & publichi la sua andata, ò deliberatione, non solo in Roma, ma anco a tutti li Prencipi, cosi per via de' loro Ambasciato-

quinquagesimum Vest. B. transegerit annum, non senium illa ætas appellari potest, præcipuè in tam valido ac robusto temperamento, quali Vest. B. fruitur, vt videatur etiam à Deo in hoc ipsum data, vt tantum laborem suscipiat.

Paulus III. iam septuagesimum egressus fuerat annum neque tamen propter ætatem sibi metuebat cum Nizzam proficisceretur: Et V. S. si metueret etiam quindecim annis iunior? Sed puto non absque mysterio esse, atque hinc boni successus concipio spem: quod quemadmodum Clemens VII. anno ætatis suæ quinquagesimo sexto Massiliam se contulit, ita & Vest. S. in eadem ætate in Franciam proficiscetur.

Quoad sanitatem Deo Itali agūt gratias quod Papam ijs largitus est nullis infirmitatibus, aut saltem periculosis, obnoxium, sperantes longo se sub sancto eius ductu, tempore victuros felices.

Podagrici saltem dolores qui aliquando S. V. infestant allegari possunt: sed malum hoc tantum non est vt itinera impediat, neque eam nisi valde raro detinet, quominus etiam proprijs possit ambulare pedibus, neque diu etiam durat. Pius II. quamuis hoc malo prorsus debilitatus atq; membris cōtractus esset, tamen Mantuam ac inde Anconam profectus est, propositum etiam in Orientem per mare proficiscendi habens.

Pius itidem V. quamuis grauiter è calculo laboraret, firmiter tamen apud se concluserat simile iter perficere: quare timebimus vt Vest. B. valetudinem caussata Franciæ profectioni supersedeat?

Itineris autem longitudo non adeò magni potest esse momenti. Nam si Leodium versus, qui huius itineris constitui potest terminus, proficiscatur, duas tertias eius partes mari triremibus conficiet, à veteri scil. ciuitate, Sauonam vsque, ita vt non plura quam ducenta miliaria aut circiter per terram ea facienda supererunt, Sauona scil. per Turinum, Leodium vsque, quorum distantia paulò maior erit quam inter Romam & Bologniam.

Superest denium vt videamus an tempora anni aliquam difficultatem parere possint. Mihi certè non videtur. Quamuis enim certum sit V. S. quamuis omnem adhibeat diligentiam, non tamen posse hoc iter ingredi, antequam hyemalia accedant frigora; satis tamen erit si interim ita se moueat, vt adueniente vere promoueri possit: atque interim profectionem suam, atque institutum non saltem Romæ publicet, sed etiam alijs Principibus per suos Legatos, aut per nuntios expressos significari curet. In Franciam autem præcipuè Legatos mittat, cum mādatis ne ideo quicquam cunctentur in sollicitanda Regis electione.

M 5 Hæc

ri à agenti, come per espressi corrieri, è particolarmente in Francia per via del Legato, imponendoli però di non allendare punto per tale rispetto di sollicitare la coronatione del Rè che questa fama sola gli darà non picciolo effetto à fauore, de' Catolici, & à damno de gli heretici.

Poiche adunque questo viaggio non è, come hò mostrato nè frustratorio, nè difficile, & però recare molto giouamento alla Religione, alla Sede, all' Italia, allo Stato Ecclesiastico, & à Roma, accingasi Vostra Beatitudine à farlo, che Dio benedetto, il quale l' hà posta in questo eccelso trono di Maestà è giouane, & sana, & di robusta complessione, in così fatto tempo, si per quanto io credo ad vn tal effetto, non mancherà d' assisterle, & le darà forza, & virtù di sopportare tutti li disaggi, ch' ella potesse patire & da superare tutte le difficultà, che le potessero nascere, nel menare a fine vna così santa, & così magnanima impresa.

Hęc enim sola fama magno rebus Catholicorum adiumento; hæreticorum vero impedimento futura est.

Cum itaque hoc iter neque infructuosum neq; difficile futurum ostenderim, imò quod magna Religioni, sanctæ Sedi, Italiæ, Ecclesiastico statui, & Romæ quoque hinc spetanda sint emolumenta: accingat se B.V. ad id suscipiendum: Deus Opt. Max. qui eam in excelso hoc Maiest. throno collocauit, ætate, valetudine & complexione sana, tempore insuper, vt ego puto, accommodatissimo, ei non deerit, sed virtutem atque robur addet, vt omnes labores sufferre, difficultates superare, & ad optatum finem, tam magnanimum suum propositum adducere possit.

DISCORSO
D' VN GENTILHVOMO ITALIANO, NEL QVALE SI DIMOSTRA COME PAPA CLEMENTE VIII. HABBIA VSATO OGNI mezo circa la Benedittione del presente Rè di Francia l' Anno 1595.

DISCVRSVS
NOBILIS CVIVSDAM ITALI, IN QVO DEMONSTRATVR PAPAM CLEMENTEM VIII. OMNIA MEDIA AD BENEDICENdum hodiernum Franciæ regem Anno 1595. adhibuisse.

IO sono stato molto dubbioso, Signor mio, tra me stesso, se io doueua respondere alle vostre lettere nel particolare, che mi toccate intorno à ciò che secondo il vostro sentimento vi parea, che si potesse fare in Roma per la consolatione, & per la quiete di quell' afflittissimo Regno, poiche riconoscendo gran passione nella vostra scrittura, dubitaua, che douesse più tosto schernire ogni mia risposta, che riceuerla in buona parte, tuttauia hauendoui meglio pensato, hò giudicato, che fosse più tempo di parlare, che di tacere, percioche il silentio presuppone torto, ò consentimento, & il lasciarsi intendere a proposito, molte volte vince colui che sente altrimente. L' Huomo per la ra-

DIu apud me ipsum, Domine mi, in dubio fui, an litteris tuis responderem, in specie ad ea quæ attingis, de ijs quæ tibi Romæ ad consolationem & quietem afflictissimi Franciæ regni facienda videbuntur. Magnam enim in scripto tuo perturbationem videns, verebar omne meum responsum ludibrio potius habitum, quam in bonam partem interpretatum iri. Diligentius autem re considerata, loquendi potius quam tacendi tempus esse comperi, cum silentium, aut iniuriam aut consensum innuere videatur: & vox aut sententia in tempore prolata, sæpenumero eum qui aliter sentiebat, vincat. Homo ex ratione, ratio autem ex discursu agno-

gione, & la ragione si conosce al ragionare, oltre di ciò se l'amore della Patria, & l'interesse della Religione Catolica vi muoue, come io credo, & ne sono molto sicuro à dire quello, che forse pensandosi a sangue freddo non lo direste, certo che io voglio anco credere, che vestito per poco di vna giusta neutralità, intendendo le vere ragioni di quanto è passato in Roma circa a questo negotio, che cõfessarete insieme con noi, che non si poteua mostrare dal Vicario di Christo, nè più zelo all' honor di Dio, & di tutta la Christianità, di ciò che ha fatto Papa Clemente. Ma è gia tempo, che veniamo alle prese.

In gratia, Signor mio, di chè vi dolete? ha forsi il Papa mandato gente contra di voi? ha forsi tentato con la sua forza d impedire i vostri progressi? certo no, s'ha mandato vn Generale, doue s'è trattenuto? in Fiandra, quale fattioni ha fatto? nessuna; se il Duca d'Vmena, & altri Principi della Lega l'hanno ricercato d'aiuto, che di essi si può gloriare di hauerne hauuto? con qual bolla ha egli dichiarato nulla la conuersione del Vostro Rè? ha forsi decchiarato scommunicati li Prelati, che vi hanno posto mano, come ricercauano i vostri nemici? che ha fatto? permesso il suo Legato in Parigi, ma che? vel' hauoua egli mandato, se è vscito doppo l'entrata del Rè, che colpa ne ha il Papa? E cosa certa, che non è vscito di suo consentimento, poiche dal giorno dell' ingresso del Rè all' vscita di lui non seruiua il tempo d' hauere riceuuto tal cõmandamento di Roma. Se doppo partito non ordino, che vi ritornasse, vi pare forsi Signor mio, che potesse fare altrimente? come poteua il Papa tenere vn suo Legato a latere senza notabilissimo scandalo ad vn Principe il quale egli tiene separato da Santa Chiesa? Torni il vostro Rè a Dio, chieda, e richieda la Beneditione, che hauerà, piacendo al Signore, Legato in Francia, & Ambasciatore a Roma con i suoi Titoli, & con le sue precedenze, e con quelle dimostrationi d' honore, e di paterna beneuolenza, le quali giustamente conueniuano a suoi antecessori, per la protettione c' hanno tante volte preso di questa Santa Sede honorando la memoria loro de' più Illustrissimi priuilegi che habbia mai hauuto la Christianità. Di più il Papa lascia, che il Cardinale Gondi venga a Roma, & che ritorni in Parigi, doue ben si sapeua che era il Rè, li da consuete audienze in Consistorio, & l' accarezza priuatamente, l' honora, & nel suo partire li raccomãda efficacemẽte la salute del Regno, & del Rè, lascia, che venga Niuers, crede al padre Possouino, ch' andò ad incontrarlo, li permette la guardia, che venga corteggiato etiando da Prelati, visitato da Ambasciatori, & che se bene esso Niuers per la sua adherenza a quel partito fosse incorso nel' Ecclesiastiche censure, alle capelle, alle Indulgenze, nondimeno permette che sia admesso,

agnoscitur. Præterea, si amor Patriæ, & Catholicæ Religionis studium te, vt confido, imò & certus sum mouit, vt ea diceres quæ sedato vt ita dicam, sanguine dixisses nunquam: credam etiam, te iusta quadam neutralitate assumpta, intellectisque veris causis atq; rationibus omnium eorum, quæ Romæ acta sunt, nobiscum confessurũ à Christi vicario nec plus zeli erga Dei honorem, neque plus amoris erga Franciam atque erga totum Christianum orbem demonstrari potuisse, quam à Papa Clemente VIII. factum & demonstratum est Veniamus autem ad rem ipsam.

Dic, quæso, Domine, quid doles? An forte Papa armatos contra te misit? forte per vim progressus vestros impedire tentauit? Nequaquam. Missus est Generalis: sed vbi is se detinuit? In Belgio. Quid fecit? Nihil. Si Dux de Vmena alijque Ligæ Principes, auxilium ab ipso petierunt, quis eorum dicere potest se quicquam ab eo accepisse? Qua bulla declarauit Vestri Regis conuersionem esse nullam? Declarauit ne forte excõmunicatos vestros Prælatos qui manus ei imposuerunt vt vestri id expetebant inimici? Quid fecit? Promisit se Legatum Parisios missurum. Misit. Si ille post Regis ingressum recessit, quæ Papæ hac in re est culpa? Certum est, neq; scitu, neq; consensu eius egressum, cum à die ingressus Regis, ad eum quo hic egressus est, nõ tantum intererat temporis, vt tale mandatum Roma acciperet. Si autem post egressum non mandauit vt rediret: videtur ne tibi forsitan eum aliter facere potuisse? Quomodo poterat obsecro Papa Legatum suum à latere habere apud Principem, quẽ a sancta Ecclesia separatum sciebat absque scandalo manifestissimo? Redeat Rex vester ad Deum, petat ac repetat benedictionem: habebit breui, Deo annuente Legatum in Francia, Ambasciatorem Romæ cum suis titulis, cum suis præcedentijs, & cum illis & honoris & paternæ beneuolentiæ demonstrationibus, qui iuste suis antecessoribus conueniebant, pro toties suscepta sanctæ huius Sedis protectione, quorum memoria maioribus atq; illustriorib. priuilegijs quam vllorum aliorũ inter Christianos Principes honorata fuit. Deinde permittit vt Cardinalis Gõdius Romã veniat, & Parisios redeat, quũ Regem ibi sciat esse; consuetas in Consistorio ei præbet audiẽtias, priuatim eum complectitur, & in recessu efficaciter ei Regni illius & Regis cõmendat salutẽ. Accessum dat Duci de Neuers: Credit Patri Possouino, qui ei processit obuiam; permittit ei stipatores: admittit vt à Prælatis & Legatis inuitatur: Et quamipse quoq; Neuers, quia illius partibus adhæreat Ecclesiasticas quoq; incurrerit censuras; non tamen à capellis & Indulgentijs repellitur, imò & ad sanctissima admittitur sacramenta.

Prin-

to si anche a' Santissimi Sacramenti, accarezza il Principe paternamente, & l'appresenta, & se le dimostrationi d' honore non corrispondessero al desiderio di quel Duca, non ne fu il Papa cagione, ma li particolari, li quali per l'interesse loro non ardirono di scoprirsi maggiormente.

Non può negare il Duca, che il Papa non l'habbia honorato, & forsi più di ciò che conueniua. Nō per la sua persona, che merita molto, ma per la difficoltà del negotio che trattaua, si fermò in Roma più di quello, che al principio gli fu concesso; hebbe audienza quasi ogni giorno, trattò seco li Cardinali Toledo & i Nepoti, non hebbe ripulsa, ma solo nell' ambiguità della conuersione, per ribenedire vn relapso, se però vi così contentate, ch' io parli, vn Rè col Regno turbato, tuttauia contrariato da vna Lega Catolica, che più si poteua fare da colui, al quale è raccommandato l honore di Dio, il decoro di Santa Chiesa, la dignità della Religione, & l' osseruanza de' Canoni.

Se il Papa lo ribenediua subito, & che fosse, che Dio mai non lo voglia, ritornato, ò ritornasse al vomito; ahime che tutta la Christianità incolparebbe di troppa indulgenza, & di troppa simplicità, si direbbe subito, ch' egli hauesse hauuto il Regno per la Rebenedittione, percioche non è dubbio, che il mondo giudica da gli effetti, che si veggono, & non dalle cause, che sono incognite.

Nelle cose dubbie, & di molta consequenza conuiene essere più tosto timido, & irresoluto, che troppo ardito, & precipitoso. Non conueniua certo nè anco lo ditanno li molti appassionati, che il Papa l' aiutasse ad acquistare il Regno, ma che solamente lo benedisse, poiche quasi da se l' ha acquistato.

Questa forza ricercandola, facilmente porta hauerla, se la buona intentione, & dilatione come ci gioua credere, non l' harra fatto pregiuditio alla salute, ma più tosto per lo merito dell' humiltà, hauera auanzato grandemente con Dio.

Vi raccorda, Signor mio, con quanta patienza, e con quanta humiltà ricercò l' Imperatore Theodosi la Benedittione da Santo Ambrosio, mancano forsi essempi, & che siano domestici a Francesi, certo nò, ma io voglio essere breue, per non vi accrescere quella noia, la quale potrebbe forse darui l' istesso soggetto, oltre che so che parlo con Signore, che intende, & che ha molti famigliari essempi delle Historie, non solamente Ecclesiastice, ma profane, poiche fin in Cesare leggiamo, quanto siano sempre stati li Francesi delle scomuniche (se però così è lecito chiamare gli interdetti de gli antichi) molto timidi, & nelle assolutioni circonspetti; oltre di ciò volete scoprire meglio la buona intentione del Papa?

Considerate vi prego, come non ha impedito

Principem quoque paternè complectitur, muneribus etiam oblatis honestat. Et si honorum illæ demonstrationes non vsq; quaque Ducis respondent desiderio; non Papæ sed alijs hoc imputandum, qui alijs ex causis non ausi fuerunt in lucem prodire. Neque potest Dux negare maiore etiam fortè quam par erat honore affectum. Quod non propter ipsius dico personam, quam summis dignam honoribus existimo: sed propter negotij quod tractabat difficultatem. Diutius enim Romæ absq; impedimento mansit, quam ei in principio concessum fuerat, omnibus ferè diebus audientiam habuit, duo Cardinales Toletanus scil. & Nepotianus cum eo egerunt. & in nulla re passus est repulsam: sola saltem retentus ambiguitate conuersionis, & benedictionis relapso impertiendis, (& si concedis vt ita loquar) Regi cuius regnum turbatum, cui etiamnum Liga Catholica contraria est. Quid amplius fieri poterat ab eo, cui Dei honor, Ecclesiæ decor, Religionis dignitas & Canonum obseruatio curæ erat?

Si Papa statim ei benedixisset, isque postea, quod Deus auertat, ad vomitum redijsset, Deus bone quam ab omnibus Christianis inculpata fuisset nimia eius indulgentia, & derisa simplicitas, dixissentque omnes regnum pro benedictione captatum fuisse. Nullum enim est dubium, quin mundus vt solet, ex effectis, & non ex causis quæ occultæ sunt, iudicasset. In rebus arduis ac magni momenti, melius est timidum & suspensum, quā audacem & præcipitem esse. Neque conueniebat, quod vel illi qui plurimum affectibus suis tribuunt, fatebuntur, vt Papa eum in Regni iuuaret acquisitione: sed potius vt ei benediceret, postquam regnum propria virtute & pietate acquisiuisset.

Hanc autem benedictionem facile obtinebit, si modò eam, vt par est, quærat. Neque bona illa in dilatione quicquam ei adferret præiudicij ad salutem: quin imò, vt credimus propter humilitatem, magnum ei apud Deum augmentum dabit.

Memineris Domine, qua patientia, quantaq; cum humilitate olim Theodosius Imperator benedictionem à S. Ambrosio petierit. Neque desunt exempla quæ Gallis domestica sint. Sed breuitati studendum, ne tædium quod ipsum subiectum adferre posset augeam, præcipuè cum sciam me cum intelligente loqui, & cum tali qui multa quoque familiaria habeat exempla, non saltem ex Ecclesiasticis, sed etiam profanis historijs collecta. Nam inde à Cæsaris tempore notum est quam sibi semper Galli ab excommunicationib. (si porro ita etiam gentilium interdicta appellare fas est) timuerint; quamque fuerint ipsorum sacerdotes in absolutionibus circumspecti.

Vis

che la Republica di Venetia habbia mandato due Ambasciatori à congratularsi co'l Rè, & il terzo à far la solita residenza, volete vn argomento più chiaro? Hà forsi impedito l'anno passato che li Religiosi non li prestassero il giuramento di fedeltà & che non lo riconoscessero per Rè? Ha forsi commandato à Superiori de' Regolari, vna gran parte de quali si trouauano in Roma, che procedessero contra tali Religiosi con censure? Ha perauuentura commandato à Vescoui, che interdiscano le città, le quali l'haueuano conosciuto per tale, certo che se non ha detto di nò, non hà ne anco detto di sì, nè hà scommunicato quelli, i quali ciò haueuano fatto prima de gli altri, etiandio publicandolo Rè legittimo, & naturale nei pulpiti della Chiesa di Dio, & che più? Non ha sua Santita tolerato quest' anno, che anche i più reformati preghino per lui, come prima faceuano apponto per quei Rè, i quali meritauano come Rè Christianissimi l'Intercessione de' Santi, ò Dio eterno, il vostro Rè mandò fuori del Regno i Iesuiti, & pure il Papa tolera, dissimula, & si acquieta, se bene di ciò se attristasse grandemente.

Io voglio concedere cio, ch'io forsi concedo con qualche scrupulo di conscienza, cioè, che quel padre, che fù in Parigi appeso alla forca, meritasse la morte, si douea percio mãdare fuori tutta la compagnia, della quale voi stesso sapete, che la maggior parte è innocentissima, & non solamente di quella citta, ma del Regno, priuandola di quei beni, i quali per Christiana liberalità de' vostri antenati erano stati donati à Collegij da lei instituti per seruitio de' vostri figliuoli con molta pieta, cacciando del Regno etiandio quei Padri, che sono veri Francesi, come se fossero più amici de' vostri nemici, che della patria della Religione, & di Dio, con tutto ciò il Papa non hà mancato con la sua solita benignita di raccommandare al Cardinal Gondi, al Duca di Niuers, & ad altri la protettione di quei Religiosi, tanto benemeriti della fede Catolica.

Vna cosa non è da tralasciare nel discorso di questa gente ribalda degna da registrarsi nelle memorie, per considerare l' enorme colpa de' mali religiosi, & il castigo, che soprauenne loro à tempo. Scriuesi, che nell' anno 1171. si trouaua Signore de gli Assassini vn' huomo amico delle lettere, & dotato d' eccellente giuditio, il quale paragonando la falsità della sua Setta alla verità della legge Euangelica, cominciò ad abbominare la superstitione, nella quale viueua, & à scoprire con prudenza, & destrezza alli suoi le falsità, nelli quali andauano ingannati disponendoli ad abbracciare la vera fede di Christo, onde quando li parue d' hauer ridotto il negotio à buon termine, mandò vn suo ambasciatore nominato Boadelle, huomo accorto & fedele al Rè Almerigo di Gierusaleme, offerendoli conuersione, amicitia, & Lega perpetua con questa sola conditione, che lo facesse libero dalla taglia, ò tributo, che li Caualieri Templari con la superiorità d' alcune fortezze tenute in quei confini, riscoteuano da' suoi sudditi, per lasciarli lauorare li terreni, il quale auiso fu accettato da' Christiani con quell' allegrezza, che si può credere confidando di poter anco con questi aiuti meglio resistere à Saladino il quale hauendo già veciso il Califfa dell' Egitto, & fattosi patrone di tutto quello Stato non pensaua ad altro, ne trauagliaua in altro, che di voler cacciare li Christiani da tutta la Soria, onde per leuare ogni difficoltà il Rè offerle a' Templari di pagar loro del suo proprio dodici mila scudi annui, che cauauano da gli assassini, & con questo rimandò ben espedito l' ambasciatore al suo Prencipe. Ma il demonio inuidioso di così felice successo, entrò nel petto a' Templari, li quali senza rispetto del saluocondotto Regio, nè della causa di Dio, & della Christianità, che si trattaua, imboscati alcuni de' suoi tra Tripoli, & il paese del Vecchio, quiui veciscro Boadelle presente vn Gentilhuomo principale della Corte del Rè, ch' andaua seco, & per sicurezza, & per conclusione del negotio. La quale sceleratezza quãdo altro demerito non hauessero mai hauuto li Tẽplari, hauendo priuata la Christianità di tãte, & così mature sperãza potè bene esser bastãte à prouocare la giustitia di Dio, acciò venisse doppo qualche tempo destrutta totalmente quella caualleria ne restasse sopra la terra con titolo di custode, ò difensore del sacro

Neminem inuenio, qui huius Assassinorum generationis faciat mentionem, nisi ab ijs temporibus, quibus belli Sacri factum est initium: neque certò affirmare possum an illo primum tempore, an vero autem Persia relicta in Syria pedem fixerint, tanquam vultures futurorum præliorum præsagos, an vero diabolus eos inuitauerit, vt eorum in tantis homicidijs, quæ per ipsos patrata sunt opera vti posset.

Vnum hoc est in historia de scelerata hac gente notatu dignum, neque omittendum ad considerationem faciens enormis malorum religiosorum criminis & Diuinæ vindictæ, qua suo tempore oppressi fuerunt. Scribitur quod anno 1171. factus sit Assassinorum Dominus homo quidam literis deditus, ac singulari iudicio ornatus, qui sectæ suę falsitatem cum Euangelica veritate cõferens, superstitionem in qua hactenus vixerat, abominari cœpit, suisque magna cum prudentia & dexteritate, errores quibus decepti erant detexit, ad Christianorum fidem amplectendam eos exhortans: ac postquam sensit rem ad bonos deductam terminos, Legatum Bondellum nomine, hominem prudentem & fidelem ad Almericũ Hierosolymorum regem misit, conuersionem ac amicitiam ei suam offerens, hac tamen conditione vt tributo eum, quod equites Templarij qui munitiones aliquot in eius confinijs habebant, quotannis à subditis suis exigebant, vt agros suos colere possent, liberaret.

Quo nuntio lætus rex, eo quo credi potest gaudio eum suscepit, sperans insuper horum auxilio, melius Schaladino, qui occiso Ægypti Califfa, & tota eius ditione sibi subiecta, iam cogitabat de Christianis tota Syria pellendis, resisti posse. Vt igitur omnis tolleretur difficultas, ex suis preuentibus Templarijs obtulit duodecim Coronatorum millia, quæ ipsi ab Assassinis accipiebant, quotannis persoluenda: atque ita Legatum ad suum Principem re prospere expedita lætum remisit. Sed Diabolus tam felicem successum fidelibus inuidens, pectora Templariorum infecit, vt nullo habito, vel salui conductus Regij, vel causæ Dei, vel honoris & augmenti Christianorum, quorum intererat, respectu, obsessis inter Tripolim & Senioris terra itineribus, Legatum Bondellum ex insidijs, in præsentia præcipui cuiusdam Regis aulici, qui eum ad maiorem securitatem & negotij confirmationem comitabatur, obtruncarent. Quod scelus si nullum aliud Templariorum fuisset, quam hoc quo rem Christianam tanta ac tam opportuna spe priuarunt, satis erat ad Diuinam contra se vindictam prouocandam, qua paulo interiecto tempore totus ordo extirpatus est, qui sub titulo defensionis Sacri templi, tem-

plum,

Tempio l'ordine, & haueua così vituperosamente tradito il Tempio, la Terra santa, & la Chiesa di Dio. Quell' assassinamento così enorme vsato contro l' Ambasciatore del Principe de gli Assassini assassino la vicina speranza della conuersione di coloro, che per ciò pigliando peggior concetto de' Christiani restarono ne' suoi abbomineuoli riti, se bene il Rè si discolpò quanto potè con essi loro, & con la promessa del castigo de' malfattori diuerti le maggior furie à che s' accingeuano, ma non potè già persuaderli più ad abbracciare la vera fede, ch' era già loro fatta odiosa per la mala fede vsata col suo Ambasciatore. Restarono dunque gli Assassini co' l loro primero instituto, & cō la perpetua mala volontà verso i Christiani fino all' anno 1258. che Alone Tartaro fratello di Magone Gran Chā del Cattaio mandato con essercito potentissimo à distruggere tutti li Principi Ottomani, doppo vinta in pochi mesi la Persia, prese la fortezza di Tigado, ch' era reputata inespungabile, onde Haiton Armenno scriue, che vi tenne l' assedio sett anni continui: altri dicono, che nella conquista di Tigado si consumarono dicisett' anni, se ben li più affermano, che questo lungo assedio fu sopra Samarcanda, non sopra Tigado, ma sia stato come si voglia, se fu di dicisette anni sarà il più lungo, di che si faccia mentione in historie antiche, ò moderne, basta sapere, che in fine li difensori si resero per mancamento di vesti, non di vettouaglie, & fu spianato il luogo, & estinta quella maledetta razza, che non restò nel mondo altro, che il nome infame, senza che chi lo prouincia si ricordi, ond' egli habbia hauuto origine.

Anzi li Macomettani tennero sempre quella setta per heretica, & doppo ch' ella fu destrutta, il paese della loro primiera origine fù chiamato Mulehet, che vuol dir paese d' heretici, ò di malefici, perche molti credeuano, che quella fosse arte di Negromantia per le gran cose, che faceuano, & per la fama mirabile, che si spargeua di quel Paradiso.

plum, terram sanctam, & totam Dei Ecclesiam tam nefariè prodidit. Hoc tam enorme Assassinio in Assassinorū Principis Legato perpetrato, optima quæ de ipsorum cōuersione spes fuerat, assassinata est. Nam illi pessima de Christianis concepta opinione in abominanda sua superstitione & ritibus suis permanserunt. Et quamuis Rex se quantum quidem posset, excusaret, promissa etiam sceleratorum exemplari punitione, ac hoc modo maiorem furiam atque vindictam ad quā se accingebant auertisset: nō tamen obtinere potuit, vt veram fidem amplecterentur, quæ iam ipsis propter male seruatam cum Legato suo fidē exosa erat. Permanserunt itaq; Assassini in priore suo instituto, & in mala illa in Christianos affectione, vsque ad annum 1258. quo Halo Tartarus Magonis Magni Tartarorum Chami aut Principis frater cum potentissimo ad destruendum regnū Ottomanicum missus, deuicta paucis mensibus tota Persia, Tigadum Assassinorum domicilium ac munitionem, inexpugnabilem hactenus æstimatam vi cæpit. Haiton Armenius scribit, septem continuis annis eam fuisse obsessam. Alij dicunt septendecim annos in eius expugnatione consumptos fuisse, quamuis alij sint qui dicant, hāc tam longam ac diuturnam obsidionem non ad Tigadum, sed ad Samarcandam fuisse. Vt vt autem sit, si ea septendecim annos durauit obsidio, certe omnium longissima erit, quorum vel in antiquis vel in recentiorib. mentio sit historijs. Et satis est, sciri quod defensores tandem deditionem fecerint, non victualium sed vestium coacti penuria, locus autem expugnatus, solo æquatus, & sceleratum hoc hominum genus ita deletum est, vt nihil nisi infame hoc nomen in mundo superfit, cuius etiam prælati, pleriq; ignorant originem.

Ipsi quoque Mahumetani hanc sectam semper pro hæretica habuerunt: & post ipsius destructionem, terra & regio vnde primò egressa est, Muhelet, hoc est, hæreticorum aut maleficorum regio dicta est. Plerique enim persuasum habebant, magicis ea quæ mirabilia de ipsa spargebantur, fieri artibus.

DIS-

DISCORSO INTORNO LA GVERRA DI FIANDRA.

DISCVRSVS SVPER BELLO FLANDRICO.

Come vuole V. S. Illustrissima ch' io possa accertare con fondato pronostico ne gli auuenimenti del mondo, & particolarmente nel negotio di Fiandra, che hà per tanti anni ingãnata l' opinione de' più sauij, se oltre la propria debolezza del mio giudicio viuo homai il terz' anno posse dire fuori del mondo oue nõ arriua de' segreti de' Principi, ò d' altre simili facende nottia se non molto confusa, ò tarda? tuttauia perche mi conuiene peccare più tosto in ogn' altra parte, che in quella della debita obedienza verso V. S. Illustris. dirò liberamente quello, che m' occore, come ella commanda.

Se' l nuouo Rè di Spagna persiste nell' essecutione de gli ordini del Padre intorno al maritaggio della Infante sua sorella, & alla dote destinatale, come V. S. Illustrissima presuppone, molte ragioni doueriano farci credere, che si potesse homai vedere il fine della lunga guerra di Fiandra, poi che la parte d' essa, che resta obediente alla Corona di Spagna già s' e accordata di voler riconoscere per Patroni l' Archiduca, & l' Infanta sua sposa, & l' Hollanda, & la Zelanda col resto de' ribelli doueria homai essere stracca da' lunghi trauagli, e poiche tre cose hanno sempre preteso, l' vna la libertà della religione, l' altra la conseruatione de' priuilegi, e la terza di sottrarsi dal gouerno de' Spagnuoli à loro odiosi, pare che adesso possano sperare d' ottenere facilmente tutti questi antichi desiderij, sendo verisimile, che l' Arciduca se ben pieno di pietà, & di zelo, voglia, poiche la forza in tanti anni non è riuscita, prouare altra strada di guadagnare l' obedienza, & d' auanzare anco in materia di religione, nella quale si farà forse più frutto con le prediche, di quello che s' è fatto con la spada, onde non li sarà impossibile trouare qualche temperamento, che sodisfaccia all. Santità di N.S. & salui la sua conscienza, si come senza dubbio offerità largamente conseruatione de priuilegi, & sicurrezza di non

Quomodo volet aut sperabit Dominatio Vest. Illust. vt certo quodam prognostico de rebus mundi, precipuè vero de rebus Belgicis, in quibus vel sapientissimorum ac Prudentissimorum errarunt hactenus opiniones, differam, cum præter ingenij mei tenuitatem ac Iudicij imbecillitatem, tertium iam annum extra mundum, vt vere dicere possum, viuam, ibi nimirum locorum, quo nulla Principum secreta, aut alia eiusmodi negotia, nisi valde confusa, aut serò etiam veniunt? Attamen cum in alio potius me peccare conueniat, quam in hoc quod obedientiam Illustrissimæ V. D. concernit, dicam libere, vt iubet ea, ea quæ mihi occurrunt.

Si nouus Hispaniæ Rex persistat in executione mandati Paterni quoad coniugium Infantis, suæ Sororis, & dotem promissam, vt V. D. Illust. præsupponit: multæ erunt rationes quibus persuaderi posset, breui nos visuros longi illius in Belgio, belli finem: cum ea pars quę in Hispanicę Coronę mansit obedientia iam assensum prebuerit, & professa sit, se Archiducem ac Infantam eius sponsam, pro legitimis Dominis ac Patronis agnituram. Hollandia vero & Zelandia, cum reliquis rebellibus, iam defessa esse deberet à tam lõgis belli laboribus. Et cum tria præcipuè prætenderint capita, quorum primum libertas Religionis, secundum conseruatio priuilegiorum, tertium liberatio ab Hispanorum, ipsis exosorum dominio: videtur facile eos omnia antiqua desideria obtinere posse. Verisimile enim est, Archiducem quamuis pietate & zelo plenum, cum vi tot iam annis nihil profectum sit, aliam tẽtaturum viãm, qua eos ad obedientiam reducat, & ipsam quoq; religionem promoueat: in qua fortassis plus concionibus proficiet quam hactenus gladio factum est: vnde nec difficile erit aliquod inuenire temperamentum, quo etiam Papæ satisfiat, & propriam insuper saluet conscientiam, si nimirum vt

 non

impiegare Spagnuoli in carico alcuno. Con tutto cio anco per questo capto rimangono molte contrarietà da considerare, & principalmente, che la guerra suol rincrescere à quelli, li quali ne patiscono danni, e pericoli, & per essa impoueriscono, ma quelli, che ne cauano vtile, sogliono amarla, & desiderare, che duri, dalla qual sola causa credo io, che sia deriuata l'ostinatione così lunga di quei ribelli, & mi ricordo hauerlo detto à bocca quindici anni sonno quand'ero in Ispagna, al Rè, che se n'è andato al Cielo, à cui così persuaso da chi conosceua quanto questo importaua, nolasciai anco scrittura. Perche è chiara cosa, che gli Hollandesi, & Zelandesi hanno nodrita quella lunga guerra con gran loro vantaggio à spese di S. Maestà medesima per quei modi, che sariano lunghi à raccontare, & n'hanno di più cauati commodi infiniti publici, & priuati, di che se ne vedono manifesti segni, poiche molte Città, e massime Hamsterdam sono accresciute mirabilmente d'edificij, di popolo, di splendore, e di potenza, & gli habitanti son riempiti di ricchezze, hauendo non solo vendute li entrate loro, che consistono più in casci, & butiri, che in altro, à prezzi straordinarij, & alti con la vicinanza de' numerosi esserciti, ma tranno anco frutto dell' industria, ch'essercitano in cuocere ceruose, in fare telerie di varie sorti, & nella pescaggione d'vtile incredibile. Ma quel, che più importa il guadagno della mercantia, che soleua diuidersi fra molt' altri popoli della Fiandra, è quasi deriuato tutto in loro soli, onde con gran numero di naui hanno frequentata la nauigatione di Danzich, Lubeca, Hamburgo e delle altre terre Osterlinghe, cauandone il frumento, il cenere, il mele, la cera, le tele, le funi, la pece, il legno, e'l ferro, infinite vettouaglie, e mill' altre merci d'inestimabil valore, & portandole sicuramente in Ispagna, oue non sò se la necessità, ò qualche occulto consiglio rendeua loro non solo sicuro, ma anco fauorito il commercio, e riportando poi di Lì i sali, le lane, i zuccari, & le droghe ricche, dell' Indie cō altre materie pretiose moltiplicauano il guadagno infinito, della quale sia si trouano di presente ingolati, nè veggono, ch'altri possa leuarla loro di bocca, ch'la pace, nè della guerra hanno punto di paura, fidandosi nel li siti fortissimi, & impenetrabili delle proprie Case, nelle quali non hãno mai sentire quelle miserie, che suol seco portar la guerra, & mene le aspettaranno hora, che penseranno di douer hauer da fare col solo Arciduca Alberto, Principe nuouo, & poco munito di tutte le cose necessarie ad vna tale impresa, onde temeranno meno, & insuperbiranno più. Nel quale proposito mi ricordo sentir discorre vn Padrone di naue d'Hamsterdam, huomo accorto, & che interueniua ne' consigli di quel gouerno, il quale m'affermaua, che quando tutto il resto de' paesi

non dubito benignè promittat & priuilegiorum conseruationem, & securos eos faciat de nullo Hispano ad officia promouendo. Veruntamen omnibus hisce præsuppositis, multa adhuc manent in contrariam partem consideranda. Præcipuè autem quod bella ijs solent esse grauia, qui damna inde ac pericula persentiscunt, quibus ad paupertatem rediguntur. Qui verò commoda ex ijs sentiunt, nihil amant ac desiderant, quam vt vel diutissimè protrahatur. Atque hinc puto esse illam rebellium obstinationem exortam. Et memini me coram, ante quindecim annos cum in Hispania essē, ipsi Regi qui vita defunctus est, dixisse, cui etiam persuaso ab ijs qui intelligebant, quanti ea res esset momenti, mentem meam in scripto reliqui. Certum enim est Hollandos & Zelandos magno suo emolumento bellum hoc nutriuisse, ipsis etiam S. Maiestatis sumptibus, talibus modis, qui hoc loco nimis longi essent relatu. Certe plurima inde & publicè, & priuatim tulerunt commoda: vt manifesta appareant eorum signa, cum multæ ciuitates & Amsterodamum præcipuè mirabiliter excreuerint, & ædificijs & habitatoribus, splendore & potentia, habitatoribus omnibus ferè diuitijs repletis, vt qui non saltem reditus suos, qui plerique in caseis ac butyro consistunt, propter exercituum vicinitatem, carius ac extraordinarijs pretijs vendiderunt, sed & maximos fructus ex industria percipiunt, quam exercent in ceruisia coquenda, in varijs lanificijs, & in piscatione, alijsque rebus quæ vel maximæ sunt vtilitatis. Et quod maximum est lucrum ex mercatura, quod olim in multos Belgij populos ac ciuitates diuidebatur, ad ipsos solos ferè reuolutum est. Vnde magno nauium numero nauigationem Dantiscum, Lubecam, Hamburgum ac ad alias regiones Osterlingias frequentant, ex quibus frumenta, cineres, mel, ceram, pannos, funes, picem, ligna, ferrum & infinita fere victualia, milleque alia maximi pretij merces reportant: quas deinde absque periculo in Hispaniam deferunt, vbi nescio an necessitas, aut aliud aliquod occultum consilium securum ac fauorabile reddidit commercium. Hinc rursus sales, lanas, saccharum, ac vel ex ipsis Indijs allata alia que pretiosiora euehunt mercimonia, lucro in infinitum fere adaucto, quo ad præsens adhuc tempus inescati sunt, neque quenquam vident, qui eum auertere possit, nisi pacem. Belli apud ipsos ne minimus quidem timor, litoribus suis fortissimis ac domibus suis inaccessis confisi, in quibus nunquam eas senserunt miserias quas bellum secum adferre solet: & minus eas nunc exspectabunt aut verebuntur, cum putabunt rem sibi cum solo Archiduce Principe nouo,

& re-

bassi si pacificasse, Hollanda sola, anzi Hamster.ia solo vorria la guerra, intendendo all'hora di hauerla hauere co'l Rè di Spagna, pensi V. S. Illustris. ciò che diranno hora d'un Arciduca Alberto? Ne creda ella, che sia per fare poca impressione negli animi di quella gente facile ad apprendere quel, che le torna bene, certa opinione diuulgata, che tra il Rè, & l' Arciduca non passi tutta quella buona intelligenza, che conuerria, & che perciò S. Maestà, se pure li cederà quei Stati per obedire al Rè, & mantenere le proprie promesse, non sia per volerne poi altro pensiero, nel qual caso certo S. Altezza durerria fatica a mantenere la parte, che di presente obedisce, non che potesse pensare à domari il resto. Ne la Regina d' Inghilterra per assicurare la quiete di Casa sua trouerà mai altra strada più certa di quella, che l'è ben riuscita tāt anni di lungo, onde, ò soffiando à bocca piena, ò di nascosto nutrirà l'incendio à suo potere nè la spesa sgomentarà gli Hollandesi homai auezzi per tant'anni, & che la cauano largamente da guadagni toccati di sopra, oltre, che quelli, da' quali dipendono le deliberationi non contribuiscono tanto quanto auanzano nel maneggio durando il contrasto.

E però vero, che così presso la Regina, come presso alli Stati rubelli potria anco giouare l'opinione di sopra accennata d' amore non perfetto tra li due Cognati, & la speranza di rimettere in piedi un Principato, che in progresso di tempo possa fare degli effetti, che faceuano già li Principi della casa di Borgogna in sollenamento di quelli, che si sentissero assaltati da più potenti. Le quali considerationi mi somministrano tanti argomenti da temere, & da sperare, che appena m' accorgo io stesso quali preuagliano, & forse staria dritta la bilancia, se vn' altro pensiero esterno non le desse quasi il crollo.

Vado essaminando gli accrescimenti di Stati, & di potenza aggregati da trecent' anni in quà con vn perpetuo felicissimo flusso nella Serenissima Casa d' Austria, & veggo alla pietà giustitia, & clemenza di quella Augustissima prosapia date benedittioni tali, che senza spargimento di sangue, senza violenza, senza grā guerre, & senza molte fatiche homai è caduta in sua mano la maggior parte del modo, così ordinadolo la prouidenza diuina, dalla quale pare, che le fosse destinato anco molto di quel, che rimane, se i Principi fossero caminati sempre del medesimo passo Redolfo Conte di Habspurg, che fu il primo Imp. di questa Casa, riconosceua tutta la grādezza sua dalla potente mano di Dio, & altri teneuano p fermo, che cō quella si pagasse l'affetto della sua pietà, vn'atto di vera fede, & vera deuotione, ch' egli fece, sopragiungēdo alla riua di certo fiume vn parocho, che portaua ad vn' infermo il Sātissimo Sacramēto à piedi, & voleua

& rebus ad talem expeditionem necessarijs minus instructo, esse: vnde minus inquam timebunt, & magis inflabuntur. Memini me olim, nauis quendam Amsterodamensis patronum, qui eorum intererat consilijs, audiuisse hac de re disserentem, qui affirmabat, quamuis omnes Reliquæ Prouinciæ pacem acceptarent, Hollandiam tamen, vel Amsterodamum solam bella paci prælaturam, intelligens si cum Rege Hispaniæ id gerendum esset. Cogitet hic D. V. Ill. quid nunc sint de Archiduce, Alberto dicturi. Nec credat paruam futuram impressionem, quam populi illi ad sua commoda faciles, in animis suis sentient ex certa opinione publice iam diuulgata, de non tam bona inter Regem & Ducem Albertum intelligentia ac concordia, quam par erat: atque hinc, quamuis Sua Maiest. ei ditiones illas cedat, vt Patri obediat, suisque proprijs promissis satisfaciat, facile tamen posse mutare sententiam: quo in casu eius Celsitudo satis inueniret negotij, vt partem nunc obedientem in officio contineret, nedum vt de reliquo domando cogitaret. Nec Angliæ Regina, vt domus suæ quietem conseruet, non inueniet nec commodiorem neque certiorem viam, quam eam qua tot annorum decursu feliciter est ingressa, vnde vel plenis buccis inflans, vel secretis auxilijs quantum poterit, incendium hoc nutriet. Nec sumptus vnquam destituent Hollandos, qui tot annis ijs assueuerunt, & magna lucra ex superius dictis occasionibus percipiunt, prætorquam quod illi, à quorum consilijs & deliberationibus bellum dependet, non tantum expendunt, quantum ex cōtributione recipiunt.

Et verum quidem insuper est, quod tam apud ipsam Reginam, quam apud Status rebelles, illa ipsa opinio superius tacta, non admodum conuenire inter duos affines, esse spem talem hic restitui posse Principatum, qui temporis progressu effectus Principum domus Burgundiæ similes produceret, in ijs subleuandis qui à potentiore vim patiuntur, aliquid adferre posset nostris partibus adiumenti: sed tot mihi hæ considerationes, & timendorum & sperandorum subministrant argumenta, vt nesciam quo me vertam, aut quæ præualeant: & forte in æquilibrio manerem, nisi alia, ac externa cogitatione impellerer.

Procedo in examine augmenti Dominiorum ac ditionum, à trecentis ab hinc annis perpetuo quodam felicitatis ac prosperitatis fluxu in Serenis. Austriæ domo conspecti: ac inuenio, pietati Iustitiæ ac Clementiæ huius Augustissimæ familiæ a Deo tales concessas benedictiones, vt absque sanguinis effusione, absque magnis bellorum tumultibus, & absque magnis laboribus

sguazzarlo con qualche pericolo oue egli smontò, & collocato il Sacerdote sopra il suo cauallo, lo seguì humilmente à piedi. Imitaronlo nella pietà, & fede i successori suoi, & Dio diede loro le prosperità, che sono à tutti note, onde se gli sottoposero infinite Prouincie, senza hauer si può dir hauuto mai à sfodrare la spada.

Et mostrò Sua Diuina Maest. i profondi giuditij suoi, che di quello, che procurarono d' acquistare per forza poco, ò niente gli successe, & se presero non ritennero, come mostrano euidentemente, per lasciare l' historie più vecchie, le imprese di Massimiliano primo sopra la Italia, quelle di Carolo Quinto sopra la Germania, sopra la Francia, & sopra l' Africa, & quelle di Filippo II. sopra l' Inghilterra, & sopra la Francia, mistery, che veramente superano l' intelligenza degli huomini. Basta, sapeua Dio la maniera, con che voleua sublimare la grandezza di questa Casa, & sapeua à suo modo prouederla di mogli dotate, nè permetteua, che riuscisse altro camino, se ben nell' aprire per lei un nuouo mondo si compiacque di lasciar succedere in quello cio, che importaua al suo santo seruitio, & alla propagatione della sua vera fede.

Ma da' tempi dell' Imperatore Massimiliano II. fino à quest' hora presente si sono manifestati altri segni della volontà del Signore degni di molta speculatione, & che doueriano cauare da gli altrui cuori profondi sospiri, & amare lagrime, perche Sua Diuina Maestà ha più volte lasciate maturare le spiche, & tal' hora tagliare anco la messe, ma non hà mai permesso, che si portino à casa i manipoli. Riducasi Vostra Sua Illustrissima in memoria tutti li successi delle tre elettioni di Polonia, uno doppo l' altro, & contemplerà in quelli profondi segreti del beneplacito di colui, ch' è Signore di tutti i Regni, & più nella seconda, che nell' altre, perche all' hora si può dire, che Massimiliano Imperatore non hebbe il Regno, perche non lo volse, ma noi potemo dire che Dio non volse. Era Sua Maestà Cesarea eletta dalla maggior banda, era vicina, era potente, era affrettata dalla parte, nè volse muouersi, & si lasciò toglier di mano il Regno da Stefano Battori, allhora Vaiuoda di Transiluania, che v' entrò con meno di cinquecento caualli, & si sà, che in Casa dell' Arciuescouo di Gnezna primate del Regno, fu trouata una oratione abbozzata, con la quale egli s' apparecchiaua chieder perdono ad esso Imperatore d' hauergli contradetto, & di coronarlo senza altro s' egli veniua in tempo, come tutti credeuano. Seguita poi la morte d' esso Re Stefano, le speranze dell' Arciduca Massimiliano, figliuolo del medesimo Imperatore, successero con quella maniera, che non si può commemorare senza doglia, nè in cosa, che pareua così secura, & così franca si guadagnò altro, che un seme

bus aut difficultatibus, in manus eius maior mũdi pars deuenerit: ita nimirum ordinante Diuina Prouidentia, à qua etiam multum de eo quod superest, ei destinatum videtur, si Principes eius eodem semper incessissent gradu. Rodolphus Comes Habspurgensis, qui primus ex hac familia fuit Imperator, omnem suam magnitudinem à potenti Dei manu se accepisse confitebatur, ac alij etiam certo statuebant hoc modo eius à Deo fuisse compensatam pietatem. Factum certa hoc erat veræ fidei ac deuotionis, cum nimirum iuxta fluuium quendam non ita magnum obuium habuisset parochum Sacrum Eucharistiæ Sacramentum ad ęgrotum deferentem, cum ille pedes aliquo cum periculo vadum quæreret quo transiret, equo descendit cui parochum insedere iussit, cumque pedes per fluuium secutus est. Hunc & in pietate, & in fide secuti sunt successores: vnde & Deus eos in tanta prosperitate, vt omnes sciunt, euexit, totque eis subdidit Prouincias absq; vllo vel sanguine vel puluere.

In hoc vero Diuina M. abstrusa sua ostendit iudicia, quod in ijs quæ vi acquirere tentarunt, parum, aut nihil ipsis successit, & si quid obtinuerunt, nõ diu retinuerũt. Manifestò hoc apparuit, vt antiquiores prætereamus historias, in Maximiliani I. Italica, Caroli V. Germanica, Francia, Africa, & Philippi II. Anglicana, & Gallica, expeditionibus. Mysteria certè sunt, omnem captum humanum superantia. Nimirum, sciebat Deus, quibus hanc domum medijs extollere vellet, ac pro suo consilio dotata eis conciliauit coniugia, neque permisit vt alio quicquam ei succederet modo. Et quamuis nouum ferè ei aperuit mundum, non tamen maiores ipsi placuit dare successus, quam quos ad nominis sui gloriam, & veræ fidei propagationem sufficere putauit.

A tempore autem Maximiliani II. in hodiernum vsque diem, alia voluntatis Diuinæ apparuerunt signa, quæ vel profundissima cordium suspiria, atque amarissimas lachrymas in alijs excitare possent. Spicas enim Diuina M. sępius maturescere ac messem etiam dedit, verum nunquã permisit vt in horrea portarentur manipuli. Reducat Illust. V.D. in memoriam omnes illos triũ Electionem Polonicarum successus, atq; ordine eos consideret: procul omni dubio contemplabitur profunda beneplaciti secreta illius, qui omniũ Regnorum est Dominus. In secunda verò magis quam in alijs. Poterat enim tum quidem dici Maximilianum non fuisse regem, quia noluerat Deus. Erat Imp. S. M. electa à maiori procerum Regni parte, erat in vicinia, erat potens, sollicitabatur etiam suæ partis instantia, sed moueri nõ potuit, atque permisit vt à Stephano Battorio, tunc Transiluaniæ Principe aut Vaiuoda, regnum

sibi

di dis [illegible] *tra fratelli, vn consumamento di molti thesori, & la prigionia d'vn tal Prencipe per mano di priuato Caualliere.*

Tra questi medesimi tempi sparì vn' altra non minore, nè meno fondata speranza che non sò se sara prima venuta à notitia di V.S. Illustrissima. Haueua il Battore ne' tempi, ch'egli regnò in Polonia mal trattati i Moscouiti, tolta loro la Liuonia, che si può dire vn Regno il Ducato di Plescouia, & altro, nè poteua coprire l'animo suo, che aspiraua à cose maggiori, alle quali s'andaua preparando mentre duraua la tregua cōclusa tra quei Prencipi con l'autt rità della Sede Apostolica. Li Moscouiti battuti da tante perdite, impauriti dal valore, & dalla felicità del nemico si trouauano à mal partito, essendo in quei giorni morto Basilio loro Prencipe, e succeduto Theodoro giouanetto di poco ingegno, & di niuna esperienza, onde per assicurare il Dominio, machinarono i Boiari (che così si chiamano i Baroni di quell Imperio, a' quali apparteneua la cura, ò la tutela del giouene) d'assicurare lo Stato col metterlo in mano della casa d'Austria, con la quale hanno antiche confederationi, & buona amicitia, & con imprigionare, ò altrimenti leuare di mezo l'incauto Prencipe. La cosa si trattaua con la debita segretezza in Praga, oue io mi trouauo in quel tempo, & pareua ridotta à termini di certa conclusione, quando venne l'auiso della morte del Rè Stefano, la quale rasserenò tutti quelli, che nō sapeuano altro, che la mala volontà, & le male opere, ch' egli haueua mostrato sempre verso l Imperatore, & la casa d' Austria, ma dalla bocca del Barone Trausense vecchio Presidente del Consiglio secreto, & Signore prudentissimo, vsci concetto, che diede ad altri da fantasticare, cioè che quella era vna pessima nuoua per la Serenissima Casa d'Austria, il senso d'vn tal huomo eccitò l'altrui curiosità, & il tempo manifestò il trattato soprascritto, dal quale si ritirarono li Moscouiti tosto, che con la morte del Rè Stefano cessò lo spauento loro.

Poco doppo questo accidente occorse l'andato del Arciduca Mattias in Fiandra, il quale nel riso lursi di pigliare impresa tale, & di farsi Capo de' ribelli contra vn tale, & tanto Prencipe, come era il Rè Filippo, & suo Zio, fece credere al mondo di non essersi mosso senza speranze solide, & ben mature, massime sapendosi, che tutto s'era intrapeso con maneggio lungo, & con pesati consigli. L'effetto mostrò però il contrario, & riusci in niente così quel pensiero, come l'altro, che si risuegliò, ò pure si sognò poco dapoi con più leggieri fondamenti delle nozze, & Regno d' Inghilterra.

Sopra le quali materie mi ricordo sentir discorrere in Roma fra Sig. di molta prudenza, & pietà, & che vn gran Cardinale, il quale all' hora sedeua

sibi quasi è manibus eriperetur, qui vix quingentis equis in illud ingressus est. Et certum est in Archiepiscopi Gneznani Regni Primatis domo inuentam esse descriptam orationem, qua veniam ab imperatore petere constituerat quod ei contradixisset, & paratum se profitebatur ad eum absque vlla tergiuersatione coronandum, si modo in tempore adesset, quemadmodū omnes spetabant. Succedente deinde morte Regis Stephani: Spes Maximiliani Archiducis, eiusdem Imp. filij ita successit, vt vix absq; lachrymis commemorari possit: neque in re quæ tam videbatur secura atque libera, nullum aliud fuit lucrum, quam discordiarum in fratres semen, magnorum thesaurorum profusio, & tanti Principis sub priuato equite captiuitas.

Iisdem fere annis euanuit & alia spes, quæ nec minor nec debilior fuerat. Nescio autem, an ea ad D. Vest. Illust. notitiam peruenerit. Battorius ille dum in Polonia fuit Moscouitas sic satis hostiliter tractauerat, ablata ijs Liuonia, quæ Regnum dici poterat: item Ducatu Plescouiæ, alijsque locis, neque obscura animi sui ad maiora aspirantis erant signa ad quæ etiam se durantibus autoritate Sedis Apostolicæ inter illos Principes inducijs. Moscouitę tanta iactura atq; iniuria perculsi, hostis autem alacritatem ac fortunā veriti, rebus suis timebant, defuncto præcipuè ipsorum Principe Basilio, cui successerat Theodorus Iuuenis non admodum felicis ingenij, ac absque vlla experientia. Habito itaque Boiari (sic vocant regni Proceres, quibus & gubernatio & Principis tutela commissa erat) inter se consilio, ad suæ ditionis securitatem, è re esse concludunt, vt Domui Austriacæ cum qua vetera ipsis essent fœdera ac certa amicitia, ea deferatur, seruato interim in bona cust dia incauto Principe, aut è medio sublato.

Res hæc, quo par erat silentio, tractabatur Pragæ, vbi & ego tunc eram: eoque perducta videbatur, vt certa de conclusione spes affulgeret: cum adferuntur nuntij de morte Stephani, qui omni liberarunt metu illos, qui antea nihil nisi malam illius Regis voluntatem, hostilibus quoque erga Austriacam domum comitatam præsagiebant. Ex ore autem Baronis Trausensis Secretioris consilij præsidis Senis longa experientia prudentissimi audita est prorsus contraria sententia: esse nimirum nuncium illum Ser. Austriacę domui pessimum. Quæ senis vox aliorum quidem excitauit curiositatem, sed tempus eius sensum declarauit, Moscouitis scilicet, quorum timor morte Battorij cessauerat, à tractatione illa recedentib.

Paulò postea secuta est Archiducis Matthię in Belgium profectio, qui ad illam resolutionem in tali negotio, quo se caput rebellium, contra talem

al timore, disse, Patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt: ma io veramente di tante male venture, & di sì manifesti segni della volontà di Dio verso i figliuoli, non vorrei peccare dando la colpa al Padre. Ma quando con queste passate historie congiungo l' vltimo successo di Transiluania, veggo, che questa è vna radice secca, la quale particella dell' humore antico produce di quando in quando fiori mirabili, ma disperde poi i frutti, & considero, che non solo tra la spica, & la mano, ma tra la mano, & la bocca, anzi tra i denti, & la gola si frapone impedimento sopranaturale, nè senza confondermi posso indagare le cause di questi accidenti, & di mille altri. Stupisco quando penso à chi hà voluto Dio, che tocchi l' infamia d' hauere perduto Giauarino, & à chi la gloria d' hauerlo ricuperato, onde mi stringo nelle spalle, & dico, Iudicia Dei abyssus multa, & concludo, ch' essendo l' Augustissima casa d' Austria diuisa in due Colonelli, l' vno de' quali domina in Ispagna, l' altro in Alemagna, douemo desiderare, che' l Ser. Arciduca Alberto, Principe, che viene lodato di perfetta religione, d' ingegno eleuato, & di molto valore, porti seco in Fiandra i spiriti, & la fortuna (se così è lecito di dire) di Spagna, & non quella d' Alemagna, & prego l' omnipotente Dio, che à Sua Altezza conceda gratia di pacificare, & godere tranquillamente quei paesi, per ridurli tutti con l' essempio della sua propria pietà, & con prudenza, al conoscimento della vera fede, & del vero culto, come più conuiene alla salute di quelle anime, alla quiete, & gloria di Sua Altezza, & al seruitio di S. Diuina M. dalla quale pregando à V. Sig. Illust. il colmo di tutte le felicità lascio lei ambigua di quel, ch' io stesso non presumo d' intendere, nè ardisco indouinare, & le bacio la mano.

tantumq; Principem Regem nempe Philippum, & Patruum insuper suum, non putabatur nisi certissima & solidissima spe, neque absque maturissima deliberatione permotus: ac tanto magis, quod compertum esset non ex abrupto, sed certis consilijs longa tractatione pensitatis rem tantam suscipi. Sed contrarium probauit exitus, & in ventos abijt hæc cogitatio, æquè ac illa, quæ paulo post ex leuioribus fundamentis aut orta aut somniata est, de regno & nuptijs Anglicanis.

Memini me super hac materia Romæ audire disserentes magnæ & prudentiæ & pietatis viros: inter quos & præcipuæ autoritatis Cardinalis qui ad Gubernaculum tum sedebat, hæc tādem protulit verba: Patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. Ego vero in hoc peccare nollem, vt tot aduersorum casuum, & tam manifestorum mutatæ erga filios voluntatis signorum, culpam in Patres conferrem. Sed cum præteritas has historias, cum postremo in Transiluania successu confero, video radicem hanc siccam esse, quæ aliquid adhuc antiqui humoris retinens, flores quandoque protrudit admirabiles, absque tamen fructibus. Atque hoc considero, quod non saltem inter spicam & manum, sed etiam inter manum & os, imò inter dentes & fauces supernaturalia sæpius intercidere impedimenta. Neque vt verum fatear, absque confusione horum aliorumque accidentiū possum inuestigare causas. Obstupesco quando cogito ad quem voluerit Deus peruenire amissi Iauarini infamiam, aut ad quē recuperati gloriā. Cogito itaq; adductis humeris dicere, Iudicia Dei abyssus multa, ac tandem concludere optandum esse, vt cum Augustissimæ Domus Austriacæ duo sint colonelli, quorum alter in Hispania, alter vero in Germania dominatur, Sereniss. Archidux Albertus, Princeps ob Religionis perfectionem, ingenij celsitudinem, magnamque fortitudinem laudatus, Spiritus secum & fortunam adferat in Belgium, si ita dicere licet, non Germaniæ, sed Hispaniæ: Ac omnipotentem Deum precor, vt E. Cels. ea adsit gratia, qua regiones illas pacatas reddere, ijsq; in tranquillitate gaudere possit, vt propriæ eius pietatis exemplo, & qua par est prudentia, ad veræ fidei verique cultus perueniant cognitionem, quantum ad salutem illarum animarum, ad gloriam S. C. & ad Diuinæ M. seruitium opus est. Huic demum Illust. Vest. Dominationem commendo, in dubio eam relinquens de eo quod me non intelligere ingenuè fateor, neque ominari audeo.

DELL.

DELL' AVREA CHER-SONESO,

HOGGIDI REGNO DI Malacca.

DE AVREA CHERSONESO

QVÆ HODIE REGNVM MALACCÆ DICITVR.

Quella, che gli antichi chiamarono Aurea Chersoneso è vna penisola del mar d' India verso la China, il cui capo nominato hoggidì Sincapura stando dirimpetto al capo di Cornorino detto da gli antichi Coro, rinchiude nel mezo quel famoso sino Gangetico, che da' moderni si chiama il golfo di Bengalla dal nome d' vn gran Regno posto nel più alto recesso d' esso golfo. A questa penisola stà vicina l' isola Somatra, la quale crederono gli antichi, che non fosse distaccata da terra ferma, & forse fu ella à qualche tempo congiunta, ma poi diuisa dalla furia del mare, come credono alcuni, che sia anco interuenuto dell' isola di Ceilan vicina all' altro promontorio di Comorino delle quali due Isole, è discrepantia fra gli historici, se questa, ò quella sia la Taprobana, i vecchi Scrittori tutti pensarono, che ella fosse Somatra, ma li moderni con grauissime ragioni trouano, che sia Ceilano, oue da molti anco è stato tenuto, che fosse il Paradiso Terrestre, & si và hoggidì à visitare con molta diuotione vna sepultura posta su la cima d' vn monte, oue dicono esser riposto il nostro primo Padre Adamo, ma questo non fa al nostro proposito alqualeritornando, dico, che si ponno anco esser ingannati quelli, che crederono Somatra stare vnita al continente, come s' inganno Annibale di Sicilia, & questo dico, perche se Somatra fosse stata penisola si potria credere, che ella, & non Malacca fosse l' Aurea Chersoneso (come alcuni hanno pure tenuto) massime che più abbonda d' oro Somatra, che Malacca quanto alle minere. Ma discorrendo di questa materia secondo lo stato presente del mondo, & secondo egli si troua stare già, molti secoli aderendo anco all' opinione de gli antichi, e del medesimo Tolomeo, potemo dire indubitatamente, che Malacca, & non altro sia l' Aurea Chersoneso, la

Qvam veteres olim Auream nominarunt Chersonesum, peninsula est in mari Indico, versus Chinam, cuius promontorium hodie Sincepura dicitur, è regione Promontorij Comorini, quod Corum veteres nominarunt, in quorum medio famosus ille Gangeticus olim, nunc vero Bengalæ sinus, à magno Regno quod in intimo eius iacet recessu, dictus includitur. Huic Peninsulæ vicina est Sumatra, quam veteres non putarunt à terra separatam: & forte olim ei coniũcta, postea vero maris impetu ab ea reuulsa fuit, quemadmodum & aliqui de Ceilana insula Promontorio Comorino vicina, putant. Ac de his duabus insulis discrepantia est inter historicos, an nimirum hæc vel illa Taprobana sit. Veteres putarunt eam esse quæ Sumatra dicitur: recentiores vero certis ac grauissimis rationibus demonstrant Ceilanæ illud vetus nomẽ deberi. In qua etiam multi statuerunt, delitiarum illum Paradisum olim fuisse: atque in hodiernum vsque diem magna ibi deuotione visitatur in altissimi montis cacumine positum sepulchrum, in quo primum humani generis patrem Adamum conditum dicunt. Nihil autem cum hæc ad nostrum propositum faciant: eo rediens dico, posse & illos falli, qui credunt Sumatram continenti iunctam, quemadmodum & Annibal de Sicilia decept⁹ fuit: quod ideo dico, quia si Sumatra peninsula fuisset, credi poterat eam Auream esse Chersonesum, & non Malaccam, vt & aliqui putarũt, & maximè cum Sumatra auro ditior quam Malacca, quoad fodinas, esset. Si autem hac de re secundum statum mundi præsentem, ac eum qui multis ante fuit seculis, adhærentes etiam veterũ opinionibus, ipsi etiam Ptolomæo, iudicare volemus, indubitanter affirmabimus Malaccam verè, & non aliam, esse Auream Chersonesum: Quæ

quale stà tutta attorniata dal mare, eccetto che alla parte di Tramontana, oue confina col Regno di Sian, ò di Saban, come altri lo nominano, ouo è l'Ismo, con che ella stà appiccata al continente, della larghezza del quale non ritroue certa relatione, ma credo bene, che sia molto più largo, che quello della Taurica, del quale hauemo parlato, ò quello della Morea, del quale parlaremo dopoi, si come l'istesso Regno di Malacca auanza di gran lunga il circuito delle sopradette Prouincie, & per me giudico, che circondi più di mille cinquecento miglia.

Il paese è però anzi sterile, che nò, fa poco grano, poche legne, & poche carni, ma il sito lo fa essere abbondantissimo di tutte le cose. Alla parte d'Oriente hà l'Isole Filippine, & le Molucche, & l'Arcipelago di San Lazaro, d'onde si portano le pretiose spetierie con altre merci ricchissimi, la China, che per greco, tramontana l'è discosta cinquecento leghe vi traffica di continuo, portando musco, reubarbaro, perle, stagno porcellane, sete, & drappi eccellenti, come damaschi, rasi, broccati, ferro, salnitro, lauori di mano infiniti, come scrittorij, ventagli dorati da donne, & altre bagatelle, in cambio delle quali essi riportano pepe, zafferano, panni di lana, coralli, cinaprio, & argento viuo. Verso il mezo di doppo alcune picciole Isole hà la Giaua magiore, la quale manda copia di riso, d'animali quadrupedi, & volatili, d'aglio, & di cipolle, & d'arme di finissimo acciaio, la vicina Somatra dà grani diuersi, orzo spetialmente, miglio, & riso, & auolio in gran quantità, sandalo bianco, camphura, ò canfora, come la chiamano volgarmente, ch'è vna specie di resina vtilissima à varij medicamenti, pepe, gengero, cassia, & bombasio fino in gran quantità, le quali merci bisogna, che la Somatra mandi à smaltire altroue, perche con essa pochi mercanti vogliono commercio, parte per la barbaria della gente, che stà fra se stessa in continue guerre, essendo le regioni maritime in poter de' Maomettani, che l'hanno occupate, & le mediterranee possedute dà Gentili, parte anco, per la malignità dell'aria causata da molti fiumi, & paludi spessi, che generano humidità grande mortifera a' forestieri.

Ha Malacca di più per le parti occidentali commercio continuo con li Regni di Malabar, e di Bissagnar, di Bengalla, & d'altri, & per Setentrione con quello di Pegù di modo che quella è tenuta per vna delle principali scale di tutto il mondo, & habitata da mercanti ricchissimi, Christiani, Giudei, Arabi, Gentili, onde viene à farsi vn miscuglio di sceleratissime genti inchinando le ricchezze, l'aria, & la morbidezza alli piaceri, & alle lussurie, si che il popolo tutto attende alla musica, à i bagni, à i giardini, à gli amori, & se bene sono le

vndique mari [illegible], excepta parte eius Aquilonari, qua Regnum Siam aut Siban contingit, vbi Isthmus est, quo continenti iungitur. De cuius latitudine nihil certi inuenio. Puto tamen multo latiorem esse, quam ille qui in Taurica est Chersoneso, de quo alibi verba fecimus, aut ille qui in M[o]rea est, de quo postea dicemus, quemadmodum & ipsum Malaccæ Regnum multo maius & latius est, quam vlla harum Prouinciarum, vtpote quæ meo quidem iudicio, vltra mille quingenta milliaria in circuitu habet. Regio quoad se sterilis, parum frumenti, lignorum ac carnium parum producens, propter situs tamen opportunitatem omnium rerum abundãtia gaudet. Ab Occidente habet Insulas Philippinas, Moluccas, & Archipelagum S. Lazari, quo aromata aliæq; merces pretiosæ huc deferuntur. Aquilonem versus est China quingẽtis hinc Leucis dissita, vnde etiam cõtinua semper sunt commercia, ablatis hinc Mosco, Rhebarbara, vnionibus, stanno, Procellana, bysso, pannis optimis ac excellentibus, puta Damascenis, sericis, aureo textis, ferro, nitro, diuersis manuum laboribus, puta scriptorijs, ventilabris quibus mulieres delicatę vtũtur deauratis ac alijs artificum quisquilijs, quorũ permutationes accipiunt piper, crocũ, lintea, corallum, minium, & argentum viuum. Versus meridiem præter paruas aliquot insulas habet Iauam Maiorem, quæ Orizum, quadrupedia, volatilia, allium, cæpa & arma ex purissimo chalybe mittit. Vicina Sumatra dat frumenta diuersa, præcipuè autem orizum, milium & hordeum, item magnam Eboris copiam, Santalum album, camphoram, quę resinæ species est ad varia medicamenta vtilis; item piper, gingiber, cassiam, gossipium tenuissimũ in magna quoq; copia. Atq; has merces Sumatra alibi distrahere cogitur, quia pauci ad eã mercatores cõmeant, partim propter incolarũ Barbariem, qui continuis inter se digladiãtur bellis, Mahumetanis maritimas, mediterraneas vero gentilibus occupantibus: partim etiam propter aeris malignitatem, à multis paludibus e quib. pestiferi oriuntur, præcipuè peregrinis humores, causatam.

Habet & Malacca à partibus Occidentalibus continuum cum regnis Malabar, Bissignar, Bengala & alijs cõmercium: & a septentrione cum regno Pegu: ita vt merito pro summo totius orbis haberi possit Emporio, à mercatorib. habitata ditissimis, Christianis, Iudæis, Arabibus, Ethnicis, vnde & magna vel sceleratissimorum ibi hominũ est copia, diuitijs, aere, & natura loci, ad omnes voluptates & luxurias eos inuitantibus: ita vt omnes musicæ, balneis, hortis, & amorib. dediti: & quamuis tam viri quã mulieres colore oliuastro, naribus latis ac patulis, oculis paruis, valde ta-

tamen

donne, & gli huomini oliuastri con nasi schiacciati, occhi piccioli, sono nondimeno molto politi, & grandi ingannatori.

Alcuni hanno scritto, che la Città di Malacca sia stata per l'opportunità del sito fabricata cento cinquant anni, ò poco più dalli Rè della China, ma s'ingannano doppiamente, prima perche i Rè della China non distesero mai tanto oltre il loro imperio, & molto meno in quel tempo, che s'erano essi di fresco sottrati dal giogo de' Tartari, & haueuano per ventura il poter conseruare il suo, non che pensare à quel d'altri, secondaria mente, perche non pare verisimile, che luogo così opportuno cominciasse sì tardo ad habitarsi, & contradicono l'historie, che descriuono popolatione, & mercato in quella medesima positione, anzi quella, che Tolomeo chiama Tacola si tien per fermo, sia Malacca, la quale è città grandissima, diuisa per mezo da vn fiume largo, & congiunto con vn ponte superbo, ha però le case per la maggior parte di legno coperte secondo l'vso dell'Iusco di foglie di palma. Questa era capo della Prouincia, & in essa vi risedeua vn Gouernatore, per lo Rè di Sahan, ò di Sian, come altri lo nominano, da che credo nascesse l'equiuoco, che dissi di sopra di quei, che scriuono, che Malacca fosse sotto i Rè della China, che si chiamano Sini, & coloro intesero per Sian, ch'è Regno grande, & potente posto tra Malacca, & Pegù, c'hà la sua residenza in Vdia città celebre, dalla quale riferiscono, che in ogni bisogno caua il suo Rè cinquantamila huomini da guerra.

Hora nel tempo, che Portughesi arriuarono à quei Mari, s'haueua, con tirannide, assolutamente vsurpato il Regno di Malacca vn'Arabo nominato Mamudi, il quale con l'astutia, & con la forza non solo s'era fatto assoluto Sig. di quel paese, ma hauendo vinto il Rè di Sian, di cui egli era prima ministro in battaglia, se l haueua fatto tributario, & arricchito delle giuste gabelle di quella scala, s'era fatto odioso a' paesani, & sospetto a' Prencipi vicini, onde essendo arriuato in quel porto Diego Secheria con alcune naui Porthogesi pensò Mamudio prima di stabilire la fortuna sua con quell' amicitia, ma poi sedotto da maluagi consigli d'Arabi, & di Giudei, sempre inuidi, & insidiatori delle prosperità de' Christiani, risolse conscelerato inganno d'ammazzare il Secheria cō tutti li Portughesi, & se bene non gli riuscì pienamēte il disegno, restarono però morti intorno à trenta Portughesi, & altrettanti prigioni, la quale sceleratezza fu poco dopoi grauemente vendicata dal Duca d'Alburchech, che nel Generalato dell'India s'acquistò il nome di Magno, il quale ricuperò i prigioni, vinse Mamudio in più battaglie, lo ferì, lo fugò, & lo fece morire di rabbia, & impatroni asso-

men sunt politi & ciuiles, ac deceptores insignes.

Vorrei dunque per venir tosto al proposito, che sapessimo se l nuouo Rè hà lette l' attioni d' suoi maggiori, ò se si è posto cura in referiy le tal volta à Sua Maestà di proposito, perche se questo non s' è fatto importeria molto, che si facesse, ma con giuditio, & con maniera accorta, dichiarandole per lasciar l' historie più vecchie, le imprese di Ferdinando Catolico, che finì di cacciare i Mori fuor di Spagna, acquistò Granata, & molti altri Regni, e fermò il piede in Barbaria, & sotto di lui per particolar priuilegio in pago della sua pietà si fece il primo scoprimento del nuouo mondo: & doppo questo discorrendole sopra l' opere gloriose di Carlo V. che preseguerra contro gli heretici d' Alemagna, & li domò, difese l' Vngheria tante volte da Turchi in modo, che si può dir certo, che per suo merito si sieno conseruare quelle reliquie, mediante le quali si procede hora con la gratia di Dio alla recuperatione di quel Regno, il medesimo prese anco Tunisi, & restituito il Regno con grandezza d' animo rara all' antico Patrone, benche barbaro, li tenne però con la Goleta il piede su la gola, & se lo fece tributario, come fece parimente tributario il Rè di Tremisen nella medesima Barbaria, che cacciato di Stato da Barbarossa vi fu rimesso con le forze del medesimo Imp. obligandolo puro à tributo, che fu poi ricusato dà successori suoi, se ben si ritennero & tengono hoggidi li Spagnuoli in quel Regno le Città, & Porti fortificati d' Oran, & di Mozaquibir molto prima acquistati.

Doppo questo consiglierei, che si venisse à mostrargli le proue marauigliose d' Portoghesi, & in specie delli Rè Giouanni, & Emanuel, & de gli altri, c' hebbero tante vittorie in Africa s' insignori-

nissimi beneficium, ad Dei honorem, & veræ fidei propugnationem maximi erant futura momenti.

Et cum D. V est Illustris. iubeat, vt dicam quid hac in re sentiam, quantum potero, obediam, hac fretus spe, quod præsumptio tegetur mandato, ac reliqui defectus facilem inuenient excusationem apud eam, vtpote quæ sciat, quod tertium iā annum longè ab aula remotus viuens, necessario, multarum rerum cognitione, quibus præsentes considerationes inniti deberet, destituar: vnde veteribus saltem cognitionibus suffulto, facile mihi euenire poterit quod cæcis vsu venire solet, qui notas quidem per consuetudinem vias, scipione etiam prævio, pertentare potest absque periculo, sed si nouum ei occurrat intersceptum, naso in id impingit, aut cadens astantibus mouet risum. Rideat autem meam cæcitatem, qui velet, satis mihi erit si D. V. Illust. in ea ipsa meam agnoscat promptitudinem & obedientiam verè cæcam.

Vt itaque citò ad propositum perueniam, scire vellem, an nouus hic Rex maiorum suorum acta aut res gestas legerit, aut an forte in hoc aliqua fuerit cura, vt ea per occasionem E. Maiest. proponerentur. Si enim hoc factum non est: magni ego putarem futurum momenti, vt fieret adhuc. Sed cum iudicio, & debita adhibita prudentia: Repetitis videlicet, vt veteres prætereantur historiæ, Ferdinandi Catholici expeditionibus, qui tandem Mauros Hispania expulit, Granatam acquisiuit, cum multis alijs regnis & pedem etiam in Barbaria fixit. Sub quo etiam ad compensandam insignem eius pietatem, detectionis noui mundi factum est initium. Deinde etiam proponenda erunt Illustria Caroli V. facta, qui cum Germaniæ hæreticis bellum gessit, eosque perdomuit: Vngariam toties contra Turcas defendit, vt vere dici possint hæ quæ supersunt reliquiæ, ab ipso conseruatæ, per quas hodie, Dei adiuuante Gratia, ad recuperationem proceditur totius illius Regni. Idem quoq; Tunetum cœpit, regnumque illud tata animi magnitudine veteri restituit Domino, quamuis Barbaro, ac ei Goleta, quam sibi seruauit, imposita, tributarium factum in officio continuit. Quemadmodum & in eadem Barbaria Regem Tremisensem, à Barbarossa regno pulsum, à se autem suisque viribus in antiquam sedem restitutum, ad pēdendum tributum obligauit. Quod postea quidem eius negarunt successores: sed interim in hodiernum vsque diem retinent Hispani in illo regno ciuitates munitissimas, Oranum scilicet, & Mosaquibirium, iam dudum ac olim vi acquisitas.

Vellem etiā postea ei proponi admirabiles Lusitanorum expeditiones: Præcipuè autem regum Iohannis, Emanuelis & aliorum, qui post tot tantasque in Africa victorias, totum sibi Ghineæ tra-

ctum

rono della Costa di Ghinca, & della nauigatione del Mare, Barbarico, & Indico, sottomettendosi à tributo tanti Rè, & piantando in parti remotissime, oue appena si sentiua memoria del Vangelo, la vera fede di Christo. In ciascuna di queste Historie ci è campo larghissimo per infiammare l' animo d' vn Rè giouene à spiriti di gloriosa emulatione quando si mostri in fine, che in Sua Maestà sola hà voluto la diuina prouidenza congiungere le descendenze di Castiglia, di Aragona & di Portogallo, & vnire tante forze, & così larghi Stati, quanti doppo l principio del mondo non si sono mai veduti sotto l' obedienza di vn solo Prencipe, & che per ciò volendo corrispondere à beneficij riceuuti da Dio, & all' aspettatione del mondo, che lo vede giouene, di prospera sanità, cinto di buoni Capitani di guerra, & proueduto di tutte le cose necessarie per qualunque grand impresa, non basta che gli agguagli la virtù del Rè di Castiglia, gli acquisti di quei d' Aragona, ò le magnanime imprese de' Portoghesi, ma hauendo in se solo aggregate le forze, & la potenza di tutti quelli, conuiene che pensi di far solo più di quel, che fecero tutti gli altri insieme, sperando d' hauere sempre in fauor suo l aiuto di quello, che non senza causa hà voluto ristringere sotto l' obedienza sua ample, & innumerabili Prouincie in queste hemispero, & nell' altro di maniera, che come disse vn Poeta medemo (cosa di che non si puote giamai gloriare Prencipe alcuno) non gli tramenta mai il Sole, ma sempre riluce sopra gli stati suoi.

Con queste, ò simili pr: messe loderei, che s' andasse disponendo l' animo suo, & che si facesse poi constare à sua Maestà, che non le conuiene stare lungamente in otio hauendolo il Padre con la sua gran prudenza lasciato in termine di potersi eleggere per se stesso qualunque impresa più le aggradisca senza, che si truoui impegnata in guerra alcuna necessaria offensiua, ò difesiua. In che si vede chiaramente esserui concorsa la volonta di Dio, affine di offerirle così vn cãpo più aperto alla gloria, poiche pare, che le cose cominciate da altri si trattino sempre con minor feruore, & se ne riferisca ogni felice successo al primo Auttore. Di quà si potranno cauare argumenti per mostrare à Sua Maestà, che deue testo procurare di mettersi nel mondo in credito eguael alla sua potenza, perche quale ella se lo acquisterà in questi principij tale sarà la misura della sua riputatione, & il publico grido per molti anni, poiche gli huomini hanno non solo nelle memorie, ma ne gli occhi gli essempi freschi per considerare, che vn Prencipe valoroso, & sauio, viene tenuto grande, & molto stimato etiandio con vno Stato picciolo, ouero medio.re, si come all' incontro qualunque grandezza di Dominio opprime col peso, più tosto, che essalti con le forze

ctum subiecerunt, ac nauigationis per Mare Barbaricum & Indicum se fecerunt Dominos: subiectis & tributarijs factis tot Regibus, ac fidem de Christo in tam remotis mundi partibus, vbi nulla vnquam eius fuerat memoria Euangelij, plantarunt. In harum historiarum qualibet appositissimæ sunt rationes quib. iuuenis Nouiq; Regis animus ad generosam æmulationē inflammari possit, si præcipue etiam in fine demonstretur, quomodo Diuina Prouidentia in sola vnaq; E. M. cõiunxerit successiones ac vires Castiliæ, Artagoniæ, & Lusitaniæ, ac tanta, tamque spatiosa Dominia, quanta ab orbis initio nunquam sub vnius Principis obedientia visa sunt: Atq; vt tot à Deo acceptis beneficijs respondeat, totiusq; mundi exspectationi, cum iuuenis sit, in sanitate & valetudine prospera, bonis belli ducib. abundans, ac omnibus vel ad maximam aliquã expeditionem necessarijs instructus, satisfaciet, nõ sufficere, vt virtutes Regum Castiliæ, victorias Aragoniæ Regum, aut magnanima Lusitaniæ Regum trophæa æquet: sed quemadmodum in se solo, omnes horum vires, omnisque potentia congregata atq; vnita est, ita etiam ipsi cogitandum, vt sola ipsa maiora, quam illa simul, opera perficiat. Ea insuper spe ac certa fiducia, habiturum se semper suis à partibus auxilium illius, qui non sine causa sub E. Maiest. obedientia tam amplas ac innumerabiles fere ditiones ac Prouincias, in vtroq; hemisphærio voluit subiectas, vt meritò vereq; poeta ille (de quo nullus vnquam Princeps potuit gloriari) dixerit, nunquam ei Solem occidere, sed semper super eius Dominijs illucere.

Hisce ac similibus rationibus ac promissis, laudarem, si eius animus paulatim disponeretur, ac tandẽ procuraretur vt ei constaret, non conuenire S. M. vt longo in otio obtorpescat, quam Pater pro sua prudentia eo in statu reliquerit, vt pro se ipsa talem eligere possit expeditionem, quę magis arrideat, aut commodior ei videatur, dum nullo neq; ad defensione neq; ad offensionum necessario sit impedita bello. In quo etiam clare appareat Diuinam quoque concurrere voluntatem, vt ei tam patens ad gloriam aperiatur campus, cum certum sit, res ab alijs cœptas semper minori tractari cum feruore, & omnem gloriam ac successum plerunque ad primum referri autorem. Hinc argumenta desumi poterunt, quibus Maiest. Eius persuadeatur, tempus iam esse vt nomen sibi in mundo paret, cum eius potentia conueniens: quale enim in hisce acquiret principijs tale publica fama multos per annos, per totum feret terrarum orbem. Habebunt enim homines non solum in memoria, sed etiam ante oculos recentia versant exempla, è quibus vident Principem magnanimum ac sapientem etiam in paruo aut

huomo neghitoso, & da poco, come è il presente Rè de Turchi per non addurre altri essempi.

Nel discorrere poi quale impresa si offerisce di presente à Sua Maestà più commoda, più secura, più utile, & più gloriosa molti potranno dire il parere suo, & addurui bellissime ragioni, che io non intendo di riferire, nè di confutare dinanzi à Vost. Sua Illustrissima, che le deue sentire, ogni giorno da huomini prudenti, & più versati di me, le dirò solo, che l' impresa d' Inghilterra, che da molti verrà proposta, & anteposta all' altre, à me non può piacere, perche quando considero le cose passate, non mi pare, che ella piaccia à Dio, poiche non hà permesso, che riesca quando fu tentata con tante forze, con tanti apparecchi, con tante orationi oltre che io temerei, che di quà non pullulassero tosto nuoui dispareri, & pericolose diffidenze co' Francesi, ilche metteria di nuouo sotto sopra tutta la Christianità, & confonderia le maggiori speranze. Hò contro questo consiglio altre ragioni, & massime questa c' hauendo bisogno l' impresa di gagliardi, & lunghi apparecchi, il tempo, che scorresse di mezo daria occasione d' inuidia, & diminuirebbe la reputatione, & se in fine l' opra non riuscisse, la quale, & dalla natura, & da varij accidenti del mondo è resa difficile, l' euento raffredderebbe l' animo del nuouo Rè, & gli scemerebbe molto la dignità presso gli altri. Ma poniamo che ne riuscisse anco felicemente ella sarebbe nondimeno nella Christianità più tosto d' inuidia, che di gloria, & occuparebbe per lungo tempo le forze, & gli consigli tutti di Sua Maestà à stabilire l' acquisto, & acquetare gli animi di gente aliena dal gouerno d' forestieri, che se bene v' hanno regnato spesse volte, non hanno però mai potuto fondare la quiete, se non nell' esterminio de' paesani.

L' impresa, ò le imprese che passano per la mia fantasia sono tali, che vi si può mettere subito la mano, in modo, che si senta il tuono, & si vegga il baleno in vn momento. & sono di certissima gloria, d' vtile incomparabile, & di seruitio grande di Dio, commode, & per quanto si può humanamente discorrere sicure, lontane dall' inuidia tanto, che l' inuidia medesima non ritroueria, che dirui contro. Et perche dico imprese, & intendo di proporre più d' vna in vn medesimo tempo, parlerò prima della più vicina, più nota, & che più importa, poi ne toccarò vn altra, ò due, ma tali, che non s' impediranno tra di loro, ne vna occuperà le forze dell' altra, & tutte tenderanno alla ruina del Turco.

La prima impresa dunque vorrei, che fosse in Barbaria, ò sopra Algeri, ò sopra Tunisi, secondo che portasse l' occasione, con pensiero d' occupare tutta quella Costa, perche sempre l' acquisto d' vn

mediocri dominio, magni faciendum, quemadmodum econtra quamuis magnum aut potens Imperium hominem ignauum & timidum pondere suo potius opprimat, quam viribus extollat, vt in presente Turcarum Imperatore, vt alia prętereamus exempla, videre est.

In disquisitione, quæ nam expeditio ad præsens tempus S. M. commodior, securior, vtilior, & gloriosior esset futura, multi quidem suas dicent sententias, quarum etiam afferent rationes probabiles, quas hic nec referre, nec refutare mei est instituti, neq; etiam D. V. Illust. opus habet, quæ illas quotidie ab hominibus prudentibus, & in rebus magis meliusue quam ego expertis audiet. Hoc saltem dicam, expeditionem nimirum Anglicanam, quæ à multis proponetur, ac omnibus alijs præferenda videbitur, mihi placere non posse. Cum enim præterita considero, apparet etiam non ipsi placere Deo, qui non permisit, vt succederet, cum tanta vi, tanto apparatu, ac tot tantisq; tentaretur precibus. Præterquam etiam quod timeo, ne diuersæ hinc pullularent opiniones, & periculosæ suspiciones inter Gallos, vnde Christianus orbis de nouo turbari, & spes meliores confundi possent. Habeo & alias quas huic consilio opponam rationes, & hanc præcipuè, quod hoc negotium longum ac potentem requirat apparatum, ac tempus intercedens, aliquam posset excitare inuidiam, ac eorum quorum interest reputationem imminueret: & si forte res demum non succederet, quam & natura & varia accidentia reddent, procul dubio, difficilem, feruor ille noui Regis languesceret, & multum quoq; de eius honore & dignitate decedet. Et posito etiam successu felicissimo, inuidiæ potius Christianis quam gloriæ esset, ac occupandæ diu forent & vires & consilia S. M. vt acquisitio hæc stabiliretur, ac eo res deduceretur, vt animi illi ab omni peregrino imperio alieni, quiescerent. Difficulter enim in tali occasione fundatur quies, nisi inquilinorum exterminio.

Expeditio autem, aut expeditiones de quibus ego cogito, tales sunt, vt quamprimum manus eis adhiberi possit atq; ita, vt earum tonus ac motus, vno eodemq; audiri & videri posset momento: sunt etiam gloriæ certissimæ, vtilitatis incomparabilis, & maximi insuper ad cultum Diuinum momenti. Commode, etiam humana videre aut dicere potest ratio, securæ, adeò præterea ab inuidia remotæ, vt vel ipsa inuidia nihil habeat quod contradicat. Quoniam autem expeditiones dico, atq; hoc intelligo plures vno eodemq; tempore suscipiendas: primò de ea verba faciam quæ vicinior atque notior, & quæ præcipui momenti est. Postea etiam de alia, aut alijs dicam, quæ tales erunt, vt se inuicem non impediant, nec

vna

luoge somministra forze, & commodità per gli progressi, & in questo modo Prencipi anco di poco Stato hanno in diuersi tempi acquistati larghissimi Imperij, & così si sono fabricate tutte le potenze, che altri hà mai tentato d' occupare con l' armi, così di picciol principio allargarono i Tartari il suo Dominio, così crebbero gli Arabi, ò i Saraceni, & così gli Turchi, & così non altrimenti si fondarono le più antiche Monarchie, & quella di Roma in specie. Per comminciare vna tale impresa, ò sopra Tunisi, ouero sopra Algeri io non reputo necessarie maggiori forze di quelle, che il Rè di Spagna può metter insieme in pochi giorni, senza che se ne senta romore alcuno, poiche potremo essere sicuri, che stande le cose de Turchi, come stanno, non solo non si hauerà da temere d' armata, che si faccia incontro, ma nè anco, che di là si porti à gli assediati alcun soccorso: congiungendosi dunque alle galere ordinarie di Sua Maestà quelle, che con qualche secreta, & celere diligenza si potranno metter in ordine di nuouo, & quelle insieme della Sede Apostolica, della Repub. di Genoua, del Duca di Sauoia, del Gran Duca di Toscana, & de' Maltesi, dissimulando quanto più si può il consiglio, vnaval armata spinta d' improuiso sopra la Barbaria in opportuna stagione con buoni ordini di vettouaglie, & di monitioni, che di Sicilia, & Sardegna, di Maiorica, & d' altre vicine parti si potranno portare senza impedimento à tutte l' hore, farà con la gratia di Dio tutti li progressi, che vorrà, nè trouerà, se non ingannano le relationi, che si hanno da quelle parti, contrasto alcuno insuperabile. Che potrà fare Amurath Rais Corsaro di pochi vasselli se non ritirarsi in porti sicure? in Algieri il figliuolo del Cicala giouene inesperto, e stordito nella instabiltà della fortuna del Padre, eleggerà forse à primi romori più tosto vna mediocre conditione fra Christiani, che voler seguitare speranze vaste, ma precipitose fra Turchi, nè forse, chi vedesse ben il cuore à suo Padre egli tocca di presente altro pensiero, & chisà, che con li termini insoliti vsati questi mesi adietro in Sicilia, egli non cerchi d' aprire adito alla trattatione? Sò ben io che li Turchi Musulmani, cioè, nati, & non renegati (con alcuno de' quali hò parlato qui) ne sospicano, & interpretano male il non hauer egli fatto in questa sortita danno alcuno à Christiani anzi trattato cortesemente, & con li ministri Veneti, & con quei di Spagna, onde alcuni tengono, che li nimici suoi, che sono molti, & potenti, stiano per caminare di quà nuoui argomenti da batterlo, & profondarlo, il che non sarà forse indarno venutomi hora in taglio.

Ma tornando à proposito penserei, che con l' assaltare la Barbaria si potessero anco muouere gli Arabi, c' habitano in numero grandissimo la par-

vna alterius vires imminuet, atq; omnes ad Turcarum ruinam tendant.

Primam itaque expeditionem fieri vellem in Barbariam, aut contra Algierium, aut cõtra Thunetum, prout se offeret occasio, eo etiam animo atq; proposito, vt tota illa occupetur regio. Semper enim vnius loci acquisitio vires subministrat, ac commoditatem vlterius procedendi. Atq; hoc modo paruorum etiam dominiorum Principes, diuersis temporibus magna sibi subiecerunt Imperia: hoc etiam modo possessiones eorum quæ armis acquisita sunt, stabiliuntur. Ita à paruis initijs Dominia sua extenderunt Tartari. Ita Arabes aut Saraceni, ita Turcæ, in eam quam videmus creuerunt potentiam. Ita, & non aliter vel antiquissimæ fundatæ sunt Monarchiæ, & Romana præcipuè. Vt autem talis vel contra Algierium vel contra Thunetum suscipiatur expeditio, non puto maioribus quam ijs, quas Sua M. subito ac absq; tumultu colligere posset, opus esse viribus, cum simus securi, quod Turcarum ita stantibus rebus, non solum nulla timenda erit classis quæ impedimento nobis sit, sed ne quidem verendum sit, ne aliquid inde obsessis veniat subsidij. Adiectis itaq; ad ordinarias S.M. triremes ijs etiam secreta aliqua celeritate & diligentia instaurari de nouo possent, quibus & Sedis Apostolicæ, Reipublicæ Genuensis, Sabaudiæ Ducis, Magni Hetruriæ Ducis, & denique Melitensium naues se coniungerent, dissimulato quantum fieri posset consilio, donec tandem ex improuiso, classis ea Barbariam loco & tempore opportuno, victualibus ac reliquis munibus, quæ vndique ex Sicilia Sardinia Maiorca & alijs locis aduehi commode possunt probè curatis, aggrediatur: nullum esset dubium, quin Diuina adiuuante gratia exspectatissimos faceret progressus, neque vllum inueniret, si relationes quæ ex illis habentur partib. falsæ non sunt, quicquam obstaculi, quod facili labore superari non posset. Quid enim faciat Amurath Rais, paucarum nautum prædo, nisi vt in tutum se recipiat? In Algierio Cicalæ filius, iuuenis inexpertus, ac insuper paternæ fortunæ inconstantià obstupescens, primo forte rumore audito mediocrem aliquam inter Christianos potius eliget, quam vt vastas, sed cum præcipitij periculo coniunctas inter Turcas exspectationes sequatur, imò patris iam ante satis perspecto animo fortassis nunc etiam de eo cogitat. Et quis scit an non insolitis illis quibus præteritis mensibus in Sicilia vsus est terminis non vltrò quærat aliquem facere ad tractationem aditum? Scio equidem quod Musulmanni hoc est genuini, nec abnegati Turcæ, cum quorum aliquibus hic ipse locutus sum, suspicantur nescio quid, ac male interpretantur, quod in illa exscensione nullum Christianis de-

deris

te più mediterranea dell'Africa, cioè, la Numidia, ò Biledulgerid, come hoggidì la chiamano, & molti ancora di quà dal monte Atlante nella Barbaria stessa ad infestare, & forse occupare le parti à loro vicine, ò per la nimicitia naturale, che tengono con Turchi, dà quali riceuono danni continui ò per la loro ordinaria professione di rubbaro, basta che di questi almeno non si potriano valere i nimici, perche non si conducono se non grossi stipendij, nè si rinchiudono dentro a muraglie, anzi adoprati in simili difese fanno spesso più danno à gli amici, che alli nimici. Haueres ben qualche dubbio del Seriffo, ò Rè di Fez, accresciuto di forza con l'vnione di Marocco, & con altri più nuoui acquisti, il quale stando nel mezo fra Turchi, & fra Spagnuoli, fonda le speranze del suo mantenimento nella bilanciata potenza de gli vni, & de gli altri, temendo di rimanere preda à quelli, che preualessero, onde osseruando egli le perdite de' Turchi comincierà di ragione ingelosirsi delle cose proprie. Et è quella vna natione sagacissima & accorta al possibile, però nell' istesso cominciare dell' impresa ma non prima, loderei, che s'ordisse seco qualche trattatione, inuitandolo à fare dalla sua banda i fatti suoi, assaltando il Regno di Tremisen, ò altro a lui commodo senza discoprire però seco altro dissegno, che di disfare i nidi de Corsari, che sempre infestano i lidi d'Italia, & di Spagna, & l'Isole di Sua Maestà, & questo saria necessario fargli imprimere con arte, acciò il fine, che si deue hauere di più generosi acquisti non insospettisse lui maggiormente innanzi tempo, perche quando poi si sia fatto qualche gagliardo progresso haurà di gratia a viuere in pace, poi che lo Stato suo, il quale è anco è sì grande, che possa far paura, viene anco di presente ad esser circondato dalle forze di Spagna, & per l'Oceano, & per lo Mediterraneo oltre le vicine fortezze, che già si tengono da Sua Maestà Catholica su l'Africa sopra lo stretto di Gibilterra, Ceuta, & Sangu, & sopra l'Oceano Atlantico verso Larachia Masugan Terra forte fabricata altri tempi, cioè, nell'anno 1558. dà Portoghesi quando si risolsero d'abbandonare Safi Azamor, & Arzilla, tolte à Mori, & possedute da loro molti anni, ma difficilissime da mantenere, & da soccorrere, & di spesa troppo grande, & questo sono le piazze appartenenti alla Corona di Portogallo, si come per la Corona di Castiglia si tengono su la medesima Costa di Barbaria più verso Leuāte nel Regno di Tremisen Masaquibir, & Oran con fortezze, & Porti opportunissimi, essendo quello di Mazaquibir il maggiore più commodo di tutta la Barbaria, come significa il medesimo nome, & in oltre nel medesimo Regno di Fez la Città celebre di Melilla, & il Pegnon di Velez fortezza inespugnabile, li quali luoghi ponno seruire come di freno se non di giogo ad

derit damnum, imò quod perbenigne & Venetorum & Hispanorum ministros habuerit. Atq; vel hinc opinantur aliqui, inimicos eius qui multi sunt ac potentes, noua ad eum accusandum ac pessundandum argumenta capturos: Quod etiam forte hoc loco non frustra aut absque fructu mihi in mentem incidit.

Sed vt ad institutum redeam, putarem ego tali Barbariæ aggressu, reliquos etiam Arabas, qui loca Africę mediterranea, videlicet Numidiam aut Biledulgerid, vt hodie eam vocant, magno numero incolunt, & multos etiam ab hac montis Athlantis parte in ipsa Barbaria habitantes commoueri posse, vt loca sibi vicina ac commoda aut ex naturali illo quod in Turcas gerunt odio, vt à quibus continuis afficiuntur damnis, aut ordinaria sua furandi aut prædandi sua excitati professione, aggrediantur. Aut si horum nihil fiat, satis certe erit, quod hostibus hi nullo sunt futuri vsui. Non enim conducuntur nisi stipendijs maximis, neq; muris se includi patiuntur, sed ad eiusmodi defensionem vocati, amicis plerunq; maiora adferunt damna, quam hostibus. Dubitarem quidem aliquantum de Seriffo, aut Rege Fezano viribus accessu Marocci alijsq; nouis acquisitis aucto, qui cum medius sit inter Turcas & Hispanos, omnem suæ sustentationis spem in vtriusq; partis virium æquilibrio collocat, hoc timens, ne videlicet præda fiat fortioris: Atque hinc Turcarum sentiens partem deteriorem, certa impulsus ratione, de seipso cogitare incipiet Est autem natio hæc sagacissima ac circumspectissima, suaderem itaque, vt in ipso expeditionis exordio, nec prius, aliqua cum ipso inciperetur tractatio, inuitato eo, vt a sua parte suum curaret negotium, ac regnū Tremisense aut aliud, prout ipsi commodū videbitur, inuadat. Neq; interim aliud ipsi detegendum, quam hoc de pellendis ex nidis suis prędonib. qui littora Italiæ Hispaniæ ac S. M. insulas infestant, consilium. Atq; hoc ei summo artificio erit necessario imprimendum, ne vlla ei maiorum acquisitionum suboriatur, ante tempus, suspicio.

Facto autem postea egregio aliquo progressu, pro gratia reputabit si pacem obtineat eo, quod ipsius Dominium, quod alias etiam non tantum est, vt magnopere timeri debeat, nunc etiam armis Hispanicis terra circumdatum videat marique, præter vicina castra quæ S. M. Catholica in Africa, in freto Herculis quod Gibraltar nominant, Ceutam, Sangam, & ad Oceanum Athlanticū Larachiam versus, Masugam videlicet ciuitatem munitam, quam olim anno 1558. Lusitani ędificarunt, cum Safi Azamor & Arzillam Maceris ablatas ac diu occupatas, sed retentu difficiles, tum propter sumptuum magnitudinem, tum etiam auxiliorum difficultatem relinquere constituissent,

esso Rè di Fez, il quale se bene rimase superiore nell' infausta battaglia contro il Rè Sebastiano di Portogallo, si sà però che venne dubbioso al cimento, & che tentò prima di diuertire quell' assalto con ogni studio anco con offerta di lasciarui qualche cosa del suo. Tuttauia per questa causa, & per altre loderei, che la prima inuasione si facesse sopra Tunisi per essere più lontana dà confini di Fez, più vicina alla Sicilia, la quale spingendosi in quella parte verso la Barbaria vi lascia di mezo vn passo di Mare così stretto, che se pure si tentasse di far venire à gli assaltati qualche soccorso di Leuante saria quiui più facile l impedirlo, oltre che per proseguire poi le imprese faccio gran conto del Porto di Tunisi, del quale manca Algieri, che tiene vna spiaggia molto fortuneuole, & pericolosa, come tre volte hanno con disauenture, & naufragy lagrimosi pruouato in diuersi tẽpi l armate di Spagna, se bene doppo che li Turchi tirarono il Molo dalla Città d Algieri alla vicina Isola, oue staua la fortezza del Pegnon, che Barbarossa tolse à Spagnuoli, pare che vi sia alquanto più securo ricetto, non è però facile l entrata, quando ella viene cõtrastata, ma il Porto di Tunisi non può così essere impedito: onde quello daria poi molte più commodità per lo acquisto del resto, le quali non si cauariano eguali, commciando d Algieri; pure quest' ordine s' haueria à pigliare secondo le occasioni, che si scoprissero sul fatto, basta, che si comnciasse da luogo insigne, & che nel tempo medesimo da vasselli più spediti si facessero tentare, & trauagliare luoghi minori, come Tripoli, Brigia, Bona, Biserta, & simili, che sono frequentissimi, & quasi infiniti. Io mi trouauo in Ispagna in tempo, che 'l Gran Duca Francesco di Toscana, per mezo d' Aluigi Douara suo Ambasciatore fece proporre al Rè Filippo morto, che volendo prestargli le sue Galere haueria fatta à spese sue, & con rischio della vita propria l' impresa d' Algieri, contentandosi, se lo conquistaua di riconoscerlo in Vassallaggio dalla Corona di Spagna, & che à lui per compensa si dessero in tal caso Porto Hercole, & Orbetello col Monte Argentaro, il quale partito non fu accettato da S. M. Catolica. & delle cause si discorreua in Corte, & fuor di Corte, oue ne peruenne notitia, in diuerse maniere, ma io tenni sempre per fermo, che Sua Maestà non volesse leuare à se stessa, ò à posteri suoi quell' oggetto di gloria, col quale sapeua douersi guadagnare mille benedettioni dalla Spagna, & dall' Italia, le quali Prouincie ogn' anno sono visitate dalli Corsari di quelle bande con danno grandissimo, & con perdita di molt anime non senza qualche nota di quelli, à quali tocca di prouederui: La quale cosa ha dato sempre in Ispagna tanta fastidio, che quand' io v' ero, senty, che si trattaua di prohibire il riscatto de' Schiaui, essendosi discorso, che

sent, possidet. Atq; hæc sunt loca quæ ad Lusitaniæ Coronam pertinent. Sed sunt & alia in eodem Barbariæ tractu versus Orientem ad Castiliæ coronam pertinentia, atq; in ipso Tremisensi reguo iacentia videl. Masaquibirum & Oranum, muniniones & portus oportunissimi, præcipuè Masaquiuirius, qui totius Barbariæ & maximus & cõmodissim⁹ dicitur, quemadmodum & ipsum nomen indicat. Sunt & prætere in ipso quoq; Regno Fezano celebris illa ciuitas, Melilla, & Rupes Velezia, munitio inexpugnabilis, quę cum in Hispanorum sint potestate, pro freno, imò iugo Regi Fezano esse possunt, ne quicquam contra eos tentare audeat. Qui quamuis in infausto illo prælio contra Lusitaniæ Regem Sebastianum superior fuit, certum tamen est veltum etiam dubium eum in certamen descendisse, atque omnibus quæsiuisse modis, omuique in hoc incubuisse studio, vt conflictum declinaret, paratum etiam de suo aliquid relinquere. Hac itaque de causa mallem vt prima inuasio supra Thunetum fieret, quia longius à Fezani Regni remotum est finibus, ac Siciliæ vicinius quæ ab illis partibus versus Siciliam se extendens, fretum relinquit adeo angustum, vt quamuis ex Oriente aliquod obsessis submitteretur auxilium, facile illo in loco impediri aut retineri posset. Præterquam quod etiam ad expeditionis prosecutionem magni portum Thunetanum momenti esse existimo. Destituitur enim ea commoditate Algerium, cuius sinus & tempestatibus expositus, & periculosus est, quemadmodum tertiò iam, magno suo malo, & lachrymoso naufragio, diuersis temporibus Hispanicæ hoc classes expertæ sunt. Attamen postcaquam Turcæ portum à ciuitate Algeria versus proximam deduxerunt insulam, in qua munitio, (Pegnon id est rupem illi vocant) est quam Barbarossa Hispanis abstulit, receptus videtur aliquanto secutior nec tamen ingressus facilior, si aliquis se opponat. Portus autẽ Thunetanus non ita facile impediri potest: atque hinc plures ad reliqui acquisitionem commoditates haberi possunt, quam ex Algeriano, si inde initium fieret. In eo tamen illæ occasiones quas res ipsa offeret, considerandæ præcipuè erunt. In quibus hoc satis erit, si initium fiat à loco aliquo insigniore: atque eodem tempore expeditioribus nauibus etiam infirmiora tententur loca, vtpote, Tripolis, Brigia, Bona, Biserta, & similia, quorum multa ac innumerabilia ferè ibi sunt.

In Hispania tunc eram cum Magnus Hetruriæ Dux Franciscus per Legatum suum Aluigium Douaram Regi Philippo demortuo hanc proponendam curauit conditionem, si nimirum, Philippus ipsi suas concedat triremes, suis se sum-

quello utile non hauteriano i Corsari hauuto modo d'armare le loro Fuste, ò Galeote, ma il consiglio fu rifiutato come contrario alla pietà, & insieme al buon nome di Prencipe Catolico, onde si può considerare quanto gran gloria, & quanto gran frutto deriuaria da quest' altro rimedio magnanimo, & degno della potenza d' vn tanto Rè.

Le imprese di Barbaria sono state di tanta gloria, & di tante speranze alli Rè di Castiglia, & à quei di Portogallo, che con vna santa, & lodeuole emulatione hanno spesso hauuto à contrastare tra di loro, come fecero delle nauigationi delle Indie sopra la ragione di proseguirle, & finalmente nell' anno 1508. seguì accordo, & riparlamento tra quelle Corone con ordine che à Castigliani toccassero le conquiste de Zeszuan verso Leuante, & à Portoghesi la Cecuta verso Ponente, ma hora è queste, & quelle appartengono al solo Rè di Spagna, & da lui solo si aspetta, che liberi la Christianità dalle continue, & quasi fatali mine di quei Corsari.

Non voglio entrare à discorrere d' altre consequenze mirabili, che ne deriuarano, perche facilmente occorreranno per se stesse à chi sarà prattico dello Stato del mondo, & versato nell' historie, dirò solo, che questo fatto senza altra trattatione tireria vna tacita Lega trà Principi Christiani, perche quando si vedessero gli Spagnuoli appoderati d' alcuno de' sopradetti luoghi, & disposti à maggiori progressi, basteria, che con l' auttorità di Nostro Signore si trattasse vna reciproca obligatione di continuare la guerra per tant' anni, & che' l confine di ciascuno fosse quello, che la natura gli hà posto più vicino, cioè, à Spagnuoli il tratto delle Barbaria, & di mano in mano le congiunte Prouincie fin all' Egitto, la Soria, & quel di più, che concedesse la gratia de' Cieli, & à Signori Vinitiani le opposte riuiere del Adriatico congiunte allo Stato loro, & da loro altre volte dominato, cioè l' Albania, la Morea, Negroponte, Salonichi con l' Isole dell' Arcipelago, & ciò che in quelle parti si potessero togliere dalle mani de' Barbari. Si come all' incontro s' haueria à dare i suoi confini terrestri all' Imperatore, al Rè di Polonia, & al Prencipe di Transiluania, sopra li quali non mi stendo, perche non è di mio proposito, ma io crederei, che questo solo douesse bastare à far risoluere tutti di saltare incampagna, & massimamente li Signori Vinitiani, nè alcuno vorria esser vltimo à far la legna dell' arbore caduto, il quale poiche si vede crollare fuor del suo costume si può ben anco credere che con simili vrti si faria totalmente andar per terra.

A questo proposito seruiria più di quel che si crede vn consiglio, che di mio ricordo fù trattato in Roma con Monsignor di Peron in tempo che egli concludeua l' assolutione, & la ribenedittione del

ptibus, etiam cum vitæ periculo tentaturum Algierianam expeditionem: quæ si succedat contêtum se futurum, vt tanquam Coronæ Hispanicæ feudum eam teneat, datis ipsi in compẽsationem Portu Herculis, Orbetello & Monte Argentario. Quę conditio a S. M. Catholica non fuit acceptata ac de causis tam in aula quam extra eam, vbicunque eius rei incidit mentio variè disceptatum est. Ego autem semper pro certo habui, S. M. neq; se neque posteros suos eo gloriæ obiecto voluisse priuare, quo sciebat se mille Benedictiones aliquando promeriturum tum ab Hispania, tum ab Italia, vtpote quæ quotannis ab earum partium prędonibus magno suo damno, ac multarum animarum periculo, neq; absque eorum qui impedire debebant notatione, infestatur. Tantum hoc in Hispania aliquando mouit fastidium, vt cum ego ibi essem, audiuerim tractari de redemptionis seruorum prohibitione, sub hoc prætexru, quod absq; eo fructu prædones illi naues suas instaurare non possent. Sed fuit hoc improbatum consilium, tanquam pietati contrarium, & nomini boni ac Catholici Principis indecorum. Vnde perpendi potest, quanta gloria, quantusq; fructus ex magnanimo hoc remedio, & tanti Regis potentia digno exspectandus foret.

Tanti fuerunt expeditiones in Barbariam apud Reges Castiliæ & Lusitaniæ momenti, tantæque gloriæ, vt etiam sancta quadam æmulatione inter se quemadmodum & de Indicis nauigationibus contenderint, cui illæ præcipuè debebentur, donec tandem anno 1508. inter ambas illas Coronas conuentum est, vt Castiliensis esset iuris acquisitiones à Zesuan versus Orientem, Lusitanici vero Ceuta versus Occidentem. Hodie autem vtraq; in Regis Hispaniæ sunt potestate, ac ab ipso exspectatur, vt Christianos à continuis illis, & ferè fatalibus prædonum terroribus liberet.

Nihil hic de alijs dicam consequentijs admirandis, quæ hinc quoque prouenient, facilè enim illæ per se ipsas occurrent homini vel parum saltem in rebus mundi ac historijs versato. Hoc saltem addam, quod hæc expeditio etiam absq; vlla fere alia tractatione, tacitam quandam inter omnes Christianos Principes confœderationem produceret. Quamprimum enim appareret Hispanos sibi prædictorum locorum aliquem subiecisse, atq; ad vlteriores progressus paratos, posset facile, S. Sanct. intercedẽte autoritate, mutua vndique sanciri obligatio, vt bellum hoc per tot annos continuaretur, donec quisque arma sua ad eos detulisset terminos, quos natura proximos cuiq; constituisset. Nimirum Hispani per totum illum tractum Barbariæ, ac inde per adiacentes prouincias vsque ad Ægyptum, Syriam, & si quid Deus præterea concedat. Respublica Veneta per

oppo-

Rè di Francia, il quale lo trouò buono, & molto migliore si potrebbe egli giudicare à questi tempi, che sono assai cambiati dallo Stato dall' hora. Perche si discorreua, ch' il Rè Christianissimo per suoi rispetti durando la guerra con Ispagna non voleua dichiararsi aperto nemico del Turco, poteua nondimeno con vn sol cenno far correre nell' Arcipelago qualche numero de' Vasselli Bertoni in forma di Corsari, che depredassero, & portassero quelle ruine, che sogliono, di questi tali Vasselli se ne veggono ne mari della Grecia alcuni ogn' anno, & sono così arditi, & così securi, che non temono incontro di sorte alcuna, & sono essi temuti da tutti, ne le galere se gli accostano, nè altri vasselli armati, in somma sono stimati inuincibili, & pare che ne anco possa loro contro il mare, ò l vento, onde se ne comparisse qualche buon numero, metterebbono tutto à fuoco & fiamma senza trouare resistenza, & priuarebbono il Turco di tutti li commodi che caua dalla Grecia, di modo, che Constantinopoli verrebbe ad affamarsi presso al mancamento, che sente per la perdita della Valachia, è della Moldauia, le riuolte delle quali Prouincie hò vdite far conto da huomo prattico con riferire anco opinioni d' altri, che diminuiscono le rendite dell' Ottomano per due millioni d' oro, rispetto all interrotto commercio de fiumi, & de' Porti del mare maggiore con perdita delle Gabelle, oltre la spesa che và in assicurare li vicini luoghi da simile solleuatione, & oltre il patimento di vettouaglie, che ne deriua à Constantinopoli, nè minori accidenti porteria forse massime in corpo già oppresso da altri mali questa inuasione, che dico dell' Arcipelago. nè quãto à me, secondo lo Stato, presente delle cose del mõdo, sò vedere causa per la quale il Rè Christianissimo à compiacenza di Nostro Signore non deuesse concorrere volontieri in vn simil fatto anco apertamente, non intendendo io ciò, che Sua Maestà possa mai ò sperare, ò temere dal Turco, poiche in si lunghi trauagli suoi con quante instanze habbia mai saputo fare insieme con la Regina d' Inghilterra non hà ottenuto in tempo alcuno sorte veruna d aiuto, nè distaccandosi affatto da quella amicitia, alla quale molti imputano gran parte de gli infortunij lunghi della Francia, vegge cio ch' ella ne possa temere essendo tanto lontana coi confini suoi di mare, & di terra. E ben vere che potrebbe addurre Sua Maestà, che non le mette conto entrare in simil ballo, poiche non può sperarne guadagno non giouandolo in tanta lontananza l' acquistare quel che non si potria facilmente ritenere, ma non saria però poco acquisto il rinouare in Oriente la memoria dell antico valore de' Franchi ancora non solo celebre, ma anco temuto, ne poca gloria l' aiutarà destruere il commune nimice della Christianità, che l' hà per tanti anni tenuta

oppositas Adriatico mari plagas ipsorum ditioni coniunctas, nempe Albaniam Moream, Nigropontum, Salonichium, cum insulis quæ in Archipelago sunt, & omnibus quæ ab illa parte è Barbarorum potestate extorqueri possent. Atque ita ab alia parte sui quoque Imperatori Romano, Regi Poloniæ, & Transsiluaniæ Principi, sui in eoutinenti possent assignari termini, super quibus hic non me extendam vlterius, neque nostri hoc est instituti: Satis est, quod omnes facile inducerent in animum, vt vndique ac ab omnibus partibus in campum prosilirent, præcipuè vero Veneti, nec quisquam vellet esse postremus, qui ex cadente arbore ligna colligeret, quæ cum præter solitum nutare incipiat, credibile est talibus impulsibus prorsus posse sterni atque exscindi.

Huic instituto plus quam credi posset consilium, quod aliquando Romæ cum Domino de Biron tractatum memini, eo tempore, quo absolutio & Rebenedictio Galliarum Regis ibi concludebatur: ac quemadmodum bonum putabatur, ita hoc præcipuè tempore, quo & ipsi valde mutati sunt, vtilissimum ac appositissimum esset. Dicebat autem Regem Christianissimum, sui quidem respectu, quamdiu sibi cum Hispano bellum esset, non se apertum Turcarum hostem declarare velle, posse tamen vel nutu saltem certum numerum leuium nauium ad prædonum morem in Archipelagum emittere, quæ excensionib. & cursibus suis ea inferrent hostibus damna, eosq; metus ijs incuterent, qui à nobis desiderari possent. Talium autẽ nauium quotannis aliquot in Græciæ conspiciuntur mari, quæ adeò sunt audaces, adeoque securæ, vt nullatum aliarum occursum timeant, cum tamen ipsæ ab omnibus timeantur, neque triremes ipsas aggredi aut exspectare audeant, neq; etiam aliæ naues armatæ. In summa, putantur inuincibiles: neque mare, neque ventus ipsis nocere posse videntur. Si itaque harum bonus comparatetur numerus, omnia igne ac flammis replerent, absque vllo impedimento, ac Turcam omnibus quæ è Græcia percipit, priuarent commodis, adeò vt etiam ipsi Constantinopoli penuriam inducerent post Walachiæ & Moldauiæ defectionem, qua vt ab experto audiui, collatis etiam aliorum opinionibus, reditus Ottomanni duobus auri millionibus diminuti sunt, propter interrupta commercia fluminum ac portuum maris maioris ac vectigalium cessationem, præter sumptus qui in vicinis locis faciendi sunt, vt in officio retineantur, & victualiorum defectum qui iam Constantinopoli sentitur. Nec minora forsan accidentia afferret, maximè in corpore iam alijs malis oppresso hæc quam dico Archipelagi inuasio. Quoad me autem, nullam ego, secundum præsentem rerum mundanarum sta-

oppressa. nè poco merito il liberare molti i fedeli dalla seruitù de' Barbari, oltre che sul opra stessa si potriano presentar occasioni d' altri fatti immortali, come saria il ricuperare l' Isola di Rodi, & restituirla à Caualliere di Malta per fargli di nuouo in quelle parti campioni, & antemurali contro gli nimici della Croce, la quale impresa da huomini intendenti non saria stimata difficile da essequirsi con gli soli Vasselli sudetti quando fossero distratte le forze de Turchi ne modi diuisati di sopra, si come si presenteriano al sicuro altre commodità di frutto, & di gloria immortale.

Ma in vna simil facenda vna cosa s'haueria da auuertire diligentemente, che nella speditione di tali Vasselli Bertoni si ponessero ordini buoni, che portassero rispetto à Christiani, & à gli amici, perche quella gente è in credito di non hauere punto di risguardo ad altro, che alla preda, però saria necessario metterui vn Capo d' autorità, & far bene imprimere ne gl' animi, che non si douesse hauer fine solo di preda, ma d' indebolire il nimico, & di sottrarre dal giogo suo la gente battezzata, la quale non ardiria di ricorrere à Vasselli della Croce, nè di concorrere con consigli, auisi, & aiuti, quando si vedesse trattar male al pari delli medesimi infedeli. Et di questo bisogneria bene assicurarsi, perche altrimenti non se ne caueria il beneficio, che si pretende. Et tanto basti intorno alla principale impresa, la quale porteria seco anco maggior gloria per essere stata dall' immortale memoria dell' Imperatore Carlo Quinto altre volte tentata indarno, & desiderata per le ragioni toccate di sopra, & prima di lui dal Rè Ferdinando Catolico, il quale si come haueua cacciati gli Arabi fuor di Spagna, così pensaua di hauere à snidargli Africa, ò almeno dalla Barbaria tanto opportuna, & tanto importuna alla Spagna, & però vi fece gli felici acquisti delle sudette piazze, che non senza qualche gran mistero della diuina prouidenza si sono in tutte le riuolutioni del mondo conseruato hormai più di cento anni alla Corona di Castiglia come si haria potuto conseruare Tripoli, se quella non fosse stata tenuta Caualleria di Malta, che lo seppero mal diffendere. Questo certo saria vn cauar al Turco le penne Maestre, sapendosi che la Barbaria gli somministra sempre gli migliori Vasselli, & gli migliori huomini della sua armata. Ma chi volesse discorrere sopra i progressi, che si potriano poi fare, bisogneria empirne molti fogli, basta dire in vna parola, che con l' acquisto d' vna, ò due piazze della Barbaria si guadagnariano forze, & commodità per occupare in breue il rimanente di quella Prouincia, & per insignorirsi facilmente d' Alessandria, anzi dell' Egitto tutto, & della Soria Prouincie, che sono state in tutti gli tempi premio d' vna sola battaglia, & d' vna sola vittoria per

tum, video causam propter quam Rex Christianissimus non deberet in hoc facto a S. Sanct. requisitus etiam apertè libenter concurrere: neque intelligo, quid Sua Maiestas à Turca vel sperare vel timere possit, cum in diuturnis suis necessitatibus, quamuis etiam vna cum Angliæ Regina instanter petierit, nullum vnquam ab eo qualecunque auxilium obtinuerit. Et quid timebit iam illi amicitiæ renuntians, cui multi maximā Franciæ miseriarum partem attribuunt? Nihil ego video quod timere vt dixi possit, cum tam longe ab eius finibus terra mariq; sit remotus. Verum quidem est posse S. M. pro sua excusatione inferre, nō esse quod se huic immisceat fabulæ, ex qua nihil ad ipsum perueniat commodi; neq; multum se in tanta distantia iuuari, eorum acquisitione locorum, quæ difficulter postea retinere posset: Sed neq; parum hoc esset, si in Oriente antiqua Franciæ virtutis renouaretur memoria, quæ non saltem adhuc celebris est, sed etiam ijs in locis timetur. Neq; paruam merebitur gloriam, si in destructione communis Christianorum hostis auxiliatricem adhibeat manum neq; etiam paruum erit meritum si magnum fidelium numerum à Barbarorum misera seruitute liberet, præterquā quod in ipso opere multæ se offerre possunt occasiones, quibus immortalem sibi pararet gloriam: puta Rhodi recuperationem, ac eius restitutionem equitib. Melitensibus, vt noui denuo in illis partibus contra Crucis Dominicæ hostes propugnatores constituerentur. Atq; hoc institutum hominib. rerum gnaris, non videbitur ita difficile, quin solis hisce nauib. perfici facile possit, præcipuè quādo vires Turcarum superi⁹ dicto modo in diuersas partes distractæ essent, vbi etiam aliæ se offerent, vt dixi, occasiones, ad maiores commoditates, & nominis immortalitatem consequendam.

Sed in tali negotio, vnum hoc singulari diligētia curādum esset, vt nimirum in talium nauium expeditione, optimus seruaretur ordo ac disciplina exactissima, qua Christianis & amicis pareretur. Dicuntur n. homines illi, nullum aliud quam prædæ habere propositum. Necessario itaque illi Dux strenuus cum autoritate ipsis esset præponēdus: atq; hoc ipsorum animis sedulo imprimendum, non videl. ad prædam, sed præcipuè ad hostem debilitādum, ac baptizatos ab ipsius iugo liberādos: qui alias ad crucis vexilla accurrere, neque consilijs expeditionem aut auxilijs suis iuuaret audebunt, si videant se eodem quo hostes tractari modo videantur, eos emitti. Ac de hoc oporteret esse quam certissimos, non enim alias id perciperetur, quod prætenditur beneficium.

Atq; hæc de prima expeditione dixisse sufficiat, quæ tāto maiorem secum adferret gloriam, quod olim ab immortalis memoriæ Imp. Carolo V. frustra

non hauere fortezze reali, & per essere habitate da gente vile, & seruile, la quale fa poco conto di cambiare Patrone, & horà è trattata di modo che non crede potere peggiorare.

Farlo più largo, farlo più profondo, & farli gli argini alti,

Ma perche assai saria, che la spesa portasse, che si potesse rendere al Teuere in Roma la sua antica ampiezza, cioè,

Ripurgare l'alueo, &

Slargare li ponti di quanto siano meno capaci della cassa del fiume, leuando appresso le fabriche trascorse innanzi, causando esse parimente al fiume angustia lascierò però di dire dello Slargarlo, & Profondarlo, dirò solo del restituirlo in detta ampiezza.

RENDERE IL TREVERE nella profondità in che era con il ripurgarlo.

Già che haueria à farsi per via di machine (come si scriuono, che douea fare Augusto) l'inondationi non potriano esserne rese tanto minori, che non fusse più la spesa à proportione del guadagno, cioè se verbi gratia, per euitare affatto esse inondationi fino à due milioni tornasse à spenderci, & per il ripurgare, l'inondationi non diuenissero quarti minori non porteria la spesa à spenderci mezo milione.

Et il profitto, che il ripurgare opereria può ritrarsi, che oltre ad Augusto lo ripurgò anche Aureliano, & di più li rimise in piedi le ripe, & con tutto ciò all'vna, & l'altra volta seguirono tuttauia grandi l'inondationi.

Ma perche il coltiuarsi hora alle montagne ogni cosa, essendo vn male, che viene sempre à poco à poco riempiendo tuttauia più esso alueo, si come per rispetto di Arno il coltiuare s'è prohibito in alcune parti, così haueria à farsi per rispetto del Teuere, che essa coltiuatione porta giù tanta terra, che particolarmente diuersi luoghi, che non si vedeuano l'vn l'altro, hora per l'essersi abbassati le

Extensis pontibus, quanto breuiores sunt ipso alueo, vbi etiam tollenda essent prominentia ædificia, quibus ille quoque coarctatur: nihil hic dicam de eo Dilatando, aut etiam profundiore faciendo, sed saltem ostendam quomodo antiquæ suæ latitudini restitui possit.

DE REPVRGANDO TIBERI, VT antiqua ei restituatur profunditas.

Si machinarum hoc medio esset perficiendum, vt Augustum fecisse dicunt, tanti possent requiri sumptus vt lucrum, vel commodum quod inde exspectaretur, longe superarent. Vt verbi gratia si vt euitarentur inundationes duorum millionum requirerentur expensæ, neque tamen nisi ad quartam partem saltem illæ minuerentur, cũ non tanta esset vtilitas, vt vel medij millionis sumptus fieret.

Non adeo vtilem autem eius futuram repurgationem, hanc licet conijcere, quod præter Augustum etiam Aurelianus id fecisse, ac insuper ripas restaurasse legitur, & tamen magnæ vtroque tempore secutæ sunt inundationes.

Quia tamen hoc tempore, vt superius diximus, montana vbiq; coluntur, atque hinc terra pluuijs & torrentib. deuoluta fluuiorum aluei paulatim repleantur: suaderem vt, quemadmodum, hac de causa loca quædam supra Arnum coli prohibita, cultus ille montium ac collium iuxta Tiberim prohiberetur, tanta enim inde deuoluitur terra, vt etiam loca quædam, quæ propter interpositos montes non conspiciebantur, complanatis ferè, aut saltem humiliaris ijs montibus sibi inuicem appareant: vt de Stimigliano & S. Polo, quæ triginta milliaribus supra Romam sita sunt, videre est. Imò ipse vidi, quod cum ante septem annos, de Lippiano, loco in Montis Marchionatu, nihil ferè apparuerit de Monte prospicientibus: nunc totum appareat.

Et videmus quàm nunc vel ad minimam aliquam pluuiam turbentur fluuij: quod olim non fiebat.

Atq; adeò verendum est, ne temporis successu, hac de causa, nauigatio quoque Romam versus impediatur, aut tollatur prorsus. Atq; audio iam supra Romam alueum ita impeditum, vt naues sæpius vadis inhæreant, ac alibi exonerandæ sint maxima ex parte, vt transire possint.

Eodem quoq; modo, ab hac montium cultura euenire puto, quod Lacus Perusinus & Fucinus aliquoties adeò excreuerint, vt etiam Fucin' ante biennium minaretur eruptionem, quæ proculdubio insecuta fuisset, si quatuor adhuc mensibus, eadem qua cœperat proportione creuisset,

monti si vedono, come Stimigliano, & Santo Polo trenta miglia, qui sopra à Roma, anzi hò veduto, che di Lepiano luogo del Marchesato del Monte, dal Monte sette anni sono non se ne scopriua quasi niente, hora si vede tutto.

Et però li fiumi à lesso intorbidano ad ogni poco pioggia, che gli anni adietro non lo faceuano.

Et ciò può farci fortemente temere, che con il tempo sia per perdersi la Nauigatione da Roma ad alto, & mi pare di hauere inteso, che in esso spatio da Roma in sù si sia talmente riempito, che continuamente vi si arrenano delle barche, & in vn luogo acciò possino passare bisogna votarle in buona parte.

Et parimente dal tanto coltiuarsi delle montagne deue auuenire che li laghi di Perugia, è di Fucino si sono gonfiati tanto, che quello di Fucine, due anni sono, minacciaua di vscire, & se fusse seguitato à crescere quattro mesi con la medesima proportione l'haueria fatto, è si saria riuersato nella Valle di Salto, & quello di Perugia si è alzato tanto, che le Terre, che il Vescouo di Cortona affittaua à grano l'affitta à pesce, perciò che la terra portata dalli torrenti, che sboccano in essi laghi deue essere quello, che hà ristretti gli emissory di essi laghi.

Et la causa istessa hauerà operato effetto così gagliardo, che questo diluuio del 1598. in buona parte (che così dicono) sia stato cagione dell'essersi così esso Teuere riempito, & se bene doueria egli stesso tenersi amplo, poiche à ruminando & terendo, è chiamato Rumoo, *&* Tereotum, *si come il Rodano, si che il Petrarca:*

> Rodendo intoroo, onde il tuo nome
> prendi.

anzi, & se bene dalli diluuij li fiumi verranno ripurgati, percioche quando li fiumi vengono grossi, l'acqua, che tocca il fondo del fiume, hauendo tanto più acqua di sopra dunque tanto più peso, tal che così correndo tanto più forte & così hauendo tanto più forza raschiera tanto più il fondo del fiume, si che ne rapiranno delle cose meno greui, nondimeno hora per detta causa, del coltiuarsi alle montagne ogni cosa è più la terra che vi pone, che quello che ne rapisce via.

Et per l'essersi così riempito l'alueo succederà l'vscire, che da esso diluuio del 1598. in qua fa vn poco il fiume ogni anno, perche se prima per fa lo vscire bisognaua, per così dire, che si affrontassero le piene di quattro fiumi, adesso bastera, che se incontrino le piene di tre fiumi, tal che hormai le piccole inondationi saranno quasi come le mezzane de i tempi auanti, le mezzane come le grandi, &c.

vnde tota Saltus vallis fuisset inundata. Perusinus autem ita auctus est, vt agri quos olim Episcopus pro frumento elocabat, iam pro piscibus elocentur. Quod hinc fieri certum, quod terra à torrentibus prouoluta eorum obstruantur & obturentur emissoria.

Eandem quoque puto fuisse causam magnæ illius inundationis, quæ anno 1598. accidit, aut saltem multum ad eam fecisse quod Tiberis alueus ita fuerit terra oppletus.

Sunt qui putent Tiberim se ipsum purgare & ampliare posse, atque hinc à Rumiuando, & tereodo Rumon ac Tarentum dictum, quemadmodum & Rhodanum à rodendo: sed quamuis fluuij eiusmodi diluuijs repurgentur, aqua nimirum & quantitate & pondere aucta, ac cursum quoque celeriorem nacta, ea quæ in fundo sunt leuiora secum rapiente: attamen propter montium culturam certum est multo maiorem terræ quantitatem in eius alueum inferri, quam efferri.

Et hanc aluei repletionem, sequitur eruptio, quæ à diluuio illo anni 1598. quotannis, quamuis non ita magna, apparet. Et cum antea quatuor fluuiorum plenus requireretur, vt ita dicam, concursus, trium iam id efficiet coaugmentatio: atque hoc modo paruæ inundationes, veterum mediocribus, mediocres verò magnis similes erunt.

DE RESTITVENDA TIBERI ANtiqua sua latitudine, extensis nimirum eius pontibus, quanto ipso fluuij alueo sunt breuiores.

Cum propter pontium breuitatem, alueus necessario coarctetur, atque hinc aquæ intumescere cogantur: ita erunt aperiendi, aut dilatandi eius canales, quasi multo maiores ac plures haberet aquas. Atque hoc modo minores erunt inundationes: quemadmodum & ipsa docet experientia cum antequam arcus pontis S. Angeli, ad mediũ clauderentur, nunquam tantæ fuerunt inundationes, quantæ nunc sunt.

Florentiæ inundationes maxima ex parte augentur propter Pontus Veteris angustiam, vnde fluuius ille inflatior, maiori quoque copia atque impetu aquas effundit.

Cursu fluuij, per Pontem S Mariæ aliquantum eleuato, atque insuper opposito ei molendino, cum alijs ad id pertinentibus impedito, violento eius ac subito descensu pontem cursus manifestum est.

Et in diluuio quod sub Paulo IV. accidit, antequam idem pons collaberetur, ripas nondum ibi fluuius excesserat, & tamen apud S. Iohannis Florenti-

RESTITVIRE AL TEVERE la larghezza, che haueua con lo slargare li Ponti di quanto essi siano meno capaci della cassa fiume.

Poiche la strettezza dè Ponti faccendo rinalzare il gonfiamento dell' acqua, operarà, che il Teuere correndo con tante cane d' acqua quella inondi come se fusse molto più acqua, l' inondationi verrebbono dacciò fatte tanto minori, anzi dall' istessa esperienza ci si mostra, percieche innanzi, che fussero serrate la metà dell' arcate à Ponte Santo Angelo esse inondationi nen erano così grandi.

L' inondationi di Fiorenza vengono in buona parte augumentate dalla strettezza del Ponteuecchio, che fa, che quel fiume così tanto più gonfiando versi fuori con tanto più acqua.

Quanto fusse rinalzata la corrente del fiume dal Ponte S. Maria, & dall' esserceси attrauersate il molino, & per conseguente anco dall' altre cose che esso molino ritiene sbarrando così di quel tanto più la corrente del fiume, dal subitaneo calo, che fece subitamente, che il Ponte ruinò apertamente fu mostrato.

Et nel diluuio sotto Paulo IV. innanzi, che cadesse esso Ponte le ripe del fiume à Ripa non furono souerchiate, & furono superate à S. Giouanni de Fiorentini, che non sone meno alte, si che dunque il fiume istesso viene in tanta parte ad insegnare li rimedij, che vuole.

Et perche potria dirsi, che si come si cingono di grande muraglia, & terrapieni le Città, tanto forsi porteria la spesa di cingere di argine questo fiume per spatio di due miglia.

Et otturare per allhora le chiauiche, acciò l' acqua del fiume mediante esse nen vscisse per la Città.

Et sospendere in quel mentre le fontane.

Et che l acqua, che pioue nella Città, la quale non haueria allhora esito, non potria fare rileuo.

Potria rispondersi, che se il rimedio fusse opportuno, & potessero farsi tanto tenaci, che fussere affatto sicure, è che lo portasse la spesa, è da credere, che non s' anderia inuestigando dietro altri rimedij.

rentinorum, quamuis non minus altæ essent, superabantur: atque hoc modo vel ipso fluuius docuit quæ requireret, aut qu...lia adhibenda sint remedia.

Posset autem quis dicere, quod, quemadmodum magnæ vrbes muris ac vallis cinguntur, ita & operæ sumrum pretium si altis fluuius hic ad duo milliaria cingeretur marginibus.

Ac obturarentur exitus, ne per ciuitatem excurrere posset.

Ac suspenderentur aquæ fontanæ.

Et curaretur ne pluuialis aqua aliquod ei adderet augmentum.

Sed fateor, si tales fieri possent, qui tam essent firmi vt nullum euersionis aut perruptionis esset periculum, & si nimij non essent sumptus, non foret de alijs inquirendum remedijs.

DEL MODO QVARTO Fare in Roma, vn'altro alueo, si che esso alueo, & il fiume istesso bastino.

Se si andasse à riunire col Teuere dentro in Roma l' vno, & l' altro insieme nõ portiano abbracciare piu acqua di quanto il Teuere può riceuere dapoi che essi si fussero riuniti, cioè, A B non potriano ritenere più acqua di quãta C ne può smaltire, anzi ciò s' è visto anche coll' esperienza, che al Ponte Felice allhora, che fu il diluuio del 159[illegible]. erano due aluei, & ciascuno più capace, che qui Ponte S. Angelo, & ci erano manco l acque, c[illegible] da quello in giù & con tutt[illegible] allhora tutto il lu[illegible] era inondate.

C



DE QVARTO MODO, *Nimirum de faciendo alio Romæ alueo, qui cum priore ad recipiendas exundantes aquas sufficiat.*

Si duo aluei in ciuitate ita pararentur ac iungerentur, vt omnem simul exundantis Tiberis aquam caperẽt, nihil tamen profic[illegible]ur si semper ambo fluerent: neq[illegible]empli gratia, *A* & *B* maiorẽ aquę caperent quantitatem, quam *C* emittere posset. Imò aliud in anni 1598. diluuio apud Pontem Felicẽ apparuit, vbi quamuis duo essent aluei satis capaces, & minores ibi quoq; essent vndæ quæ illac decurrerent, tota tamen Vallis planities inundata fuit.

Si autem alter semper vacuus seruaretur, tantum saltem imminueret inundationem, quantum tanquam

Ma mentre esso altro alueo ordinariamente si trouasse asciutto, opereria tanto, quanta acqua egli come, fossa morta potesse capire, gia che come fusse pieno non opereria più altro.

CONCLVSIONE.

Trouato, che si sarà quanto sia l'acqua, che nè maggiori rigori, il Teuere non può abbracciare. Et parimente inuestigato, si in maggiore parte potesse applicarsi ciascuno delli quattro rimedij, già che ad essi quattro pare, che bisogni capitare: sommato poi, che si sarà quanta acqua venisse à Roma, tolta da tutta la parte, che potesse farsi di tutti loro rimedij, verressimo precisamente ad hauere trouato se tal somma bastasse à schifare del tutto esse inondationi, oueramente in quanta parte supplisse à renderle minori.

Hora si come habbiamo ragionato circa il fare, che questo fiume non hauesse à nuocere, ouero che ci nuocesse manco, ch'è possibile, così ragioniamo circa al fare, che esso fiume ci giouasse più di quello che fa, anzi, che ci giouasse più che è possibile, che saria il restituirlo nauigabile fino alle foci del Chiasi.

Prima però vediamo se sia vero, che si nauigasse fino al Chiasi.

Secondo mentre sia vero, che si nauigasse fino al Chiasi vediamo se in esso spatio fusse nauigabile di sua natura, ò l'hauesse fatto nauigabile l'arte.

Terzo, se lo facesse nauigabile l'arte, con che maestria douesse essere fatto.

Quarto, se perche essa nauigatione sia persa.

Primo, il vedere se si nauigasse fin' al Chiasi (che nessuno Auttore espressamente lo dice) ci serue, che se non sia vero, che si nauigasse fino al Chiasi, dunque tanto più difficile ci si rende la speranza di farlo nauigabile fino ad esso Chiasi.

Secondo, il vedere se fusse nauigabile di sua natura, ò per opera dell'arte, ci serue, che se era nauigabile di sua natura, & non per opera dell'arte, similmente tanto più difficile ci si rende la speranza di farlo nauigabile in esso spatio, è conseguentemente se fusse per opera dell'arte tanto più facile essa speranza ci si rende.

Terzo, nell'andare congietturando la maestria, con che douessero farlo nauigabile ci viene insegnata la maestria, che haueressimo à fare noi.

Quarto, dalle cagioni, per le quali essa nauigatione sia persa similmente ci viene insegnato il modo da rimetterla in piedi, perche rimosse le cause, per le quali è persa, dunque viene ad essere ricuperata.

fossa aliqua sicca caperet: & repletus nullius amplius esset vsus.

CONCLVSIO.

Comperto quantas in maximo suo rigore Tiberis capiat aquas, ac inuestigatis quæ ex his adhiberi possent remedijs, aut quibus eorum partibus, eum ad ea indubitatò recurrendũ sit: Subductis deinde rationibus, tum aquarum quæ Romã deferuntur, tum etiam quantum ex per prædicta remedia imminui possint, facile inuenietur an inundationes prorsus euitari, aut quanta ipsarum parte minores fieri possint.

De cætero quemadmodum hactenus de eo disseruimus, quomodo prouidendum vt fluuius hic nihil, aut quam minimum noceat: ita & nunc videamus quomodo curandum, vt vtilior sit quam fuit hactenus, aut quam fieri potest plurimum iuuet. Obtinebitur autem hoc, si vsque ad Chiasis fauces reddatur nauigabilis.

Primum autem videndum, an verum sit, quod vnquam vsq; ad Chiasin nauigatus fuerit.

Deinde, si verum id comperiatur, videndum an natura, an vero arte nauigabilis factus sit.

Tertio, si arte; inuestigandum, quomodo & qua id factum industria.

Quarto: Considerandum etiam, quare & nauigatio fuerit intermissa.

Ad primum quod attinet: nullum inuenio autorem, qui expresse dicat, ad Chiasin vsque nauigatum fuisse: imò sunt qui contrarium scribant. Difficilior itaque erit spes rem vnquam eo deducendi.

Quoad secundum: vtilis est consideratio an natura, aut arte fuerit nauigabilis. Si enim natura, parua erit spes, vt eo in spatio rursus fiat nauigabilis. Si vero arte, spes erit restitui posse.

Quoad tertium ex ipsis coniecturis qua id olim factum esse possit industria, discemus & nos, quæ à nobis adhiberi debeant.

Et demum, ex inuestigatione causarum propter quas nauigatio hæc sit intermissa, ostendetur eam restituendi modus. Illis enim causis sublatis, ipsa recuperabitur.

DELL'

DELL' AFRICA ET DEL SVO ISMO.

DE AFRICA EIVSQVE Isthmo.

Non c'è penisola alcuna in tutta la machina del mondo maggiore dell' Africa, nè che più propriamēte si possa chiamar tale, se ben per la sua vasta grandezza nō viene quasi cōsiderata come tale, nè nominata per Chersoneso forse anco, perche nè tēpi, che era in vso simile vocabolo, non s'era nauigato il Capo di buona speranza, nè si sapeua, s'el mar la circondasse da quella parte, ò s'ella fosse pure congiunta con la terra ferma, perche l'antichità mal persuasa pēsando, che per sotto la Zona torrida, non che sotto l'istessa linea dell' Equinottiale non si potesse passare senza abbrucciarsi, non s'arrischiò di tentare quello, che in questo vltimo secolo hanno felicemente tentato i Portoghesi, & altri, onde s'è trouato, che l'Africa stà solamente attaccata alla Terraferma, oue confina con l' Asia, con vn piede, che separa il mare mediterraneo dal mar rosso, nel quale spatio si computano sessāta due miglia, & altri dicono meno, ma Plutarco oltre quella parte, che si nauiga su'l Nilo ne computa soli trecento stadij, che fariano trenta sette miglia, & mezo, il quale spatio di terra è tra il Cairo, & Suezo, & si faceua d'ordinario in tre giornate con la Carauana della mercantia, che poi da Suezo con le naui si soleua portare non solo alle vicine città dell' Arabia, & dell' Ethiopia, ma à quelle dell' India cō guadagno publico, & priuato incredibile, perche nel ritorno caricauano le medesime naui prima, che Portoghesi voltassero altroue quell' importantissimo commercio, le speciarie, & l'altre preciose merci dell' Indie, che portauano à Suezo, la quale fu da gli antichi chiamata città degl' Heroi, & forse per questo solo traffico crebbe ella à tanta grandezza, & fama, essendo per altro situata in luogo sterilissimo, che per cinquanta miglia intorno non produce frutti di sorte alcuna, & patisce molto d'acqua, nè hà porto sicuro, ma solo spiaggia pericolosa, se ben doppo, che li Portoghesi cominciarono solcare quei mari, messero studio prima li Soldani d'Egitto, che dominauano, &

Nulla in tota hac mundi machina peninsula est Africa maior, neque quæ hoc nomine sit dignior, quamuis propter suam magnitudinem vix talis videatur: ac ne Chersonesus quidem vnquam nominata fuit, nondum cognito bonæ spei Promontorio, cum illud nomen in vsu esset. Nondum enim eo se extendebant huius orbis nauigationes, neque sciebatur an ab altera parte circundaretur mari, an verò continenti iungeretur. Antiquitas enim malè persuasa, torridam Zonam propter nimios calores inhabitabilem, ac linem æquinoctialem absq; combustione non posse transiti, tentare nō ausa est, quod nostris seculis Lusitani ac alij, tam feliciter sunt experti. At hinc iam certum est Africam vbi Asiæ contermina est, Isthmo continenti iungi, qui Mediterraneum à Rubro mari separat: quo in spatio à quibusdam sexaginta duorū milliarium, ab aliquibus autem minor dicitur esse latitudo. Plutarchus vero præter eam partem quam Nilus occupat, trecenta saltem numerat stadia, quæ ad triginta & septem cum dimidio, redeunt milliaria. Est autem hoc spacium inter Carrum & Suezum, quod trium dierum itinere mercatorum Carauanæ permeare solebant: Postea Suezo nauibus deportabantur merces non tantum ad vicinas Arabiæ & Æthiopiæ, sed etiam Indiæ ciuitates incredibili & publico & priuato lucro. In reditu enim, antequam Lusitani ad ea peruenerunt ac commercia illa aliò transtulerunt loca, naues illæ aromatibus alijsq; pretiosis mercibus Indicis onerabātur, quas Suezum reportabant. Quæ ciuitas, olim Heroū ciuitas vocabatur, ac in tantam excreuit magnitudinem, tantumq; splendorem per hæc forte cōmercia. Loco cæterum sita sterili, qui ad quinquaginta in circuitu milliaria, nullos omnino producit fructus. Aquarum insuper alluuionibus subiecta: nec tamē portum habet securum, sed vadum saltem satis periculosum. Tentarūt quidem Ægypti

Soda-

per li Turchi, li quali occuparono quell' Imperio d' accommodar il porto, & di farui vn poco d' Arsenale per commodità delle loro armate, con le quali si sforzauano di resistere, & d' impedire li maggiori progressi delli Portoghesi. Ma conueniua loro di portare su la schena dè Cameli la materia dal Cairo à Suezo, & condurui insieme le maestranze per fabricarci li vasselli.

Il che fu primieramente tentato da Campson Gaurico Soldano d' Egitto sollecitato à questo da gli Arabi, & da diuersi Principi Maomettani, che li metteuano in consideratione non solo la dignità, & l' interesse suo, ma anco l' obligo della Religione, della quale li Soldani erano stimati come Capi doppo, ch' erano succeduti nel dominio delli Califi. Ma per due volte, che tentò Campsone quella impresa, mandando (come hò detto) la materia sù la schena de Cameli dal Nilo à Suezo, la prima li successe male, perche perdè l' armata, & le genti, la seconda peggio, perche mentre v' attendeua fu egli da Selimo Imperatore de Turchi vinto, & morto in battaglia sotto Damasco, doppo la quale rimase estinto con vn furioso tracollo l' Imperio de Soldani d' Egitto, & il nome insieme di Mamaluchi, che l' haueuano posseduto più di ducenta cinquanta anni.

Nel qual tempo interuenne vn' altro memorabil caso, che aiutò non poco la prosperità de Turchi, & la calamità de Mamaluchi, perche dell' istessa armata che con tante spese, & fatiche s' era da Campsone inuiata nè mari d' India contro Portoghesi, era Capitano Generale vn Solimano della Morea, Corsale famoso, & cacciato per rapine fuori della Patria, & di tutti gli Stati de Turchi, è seco à commando quasi di pari auttorità andaua vn Hoceno Persiano, ch' era stato Generale nella prima impresa. Hor mentre questi erano nel mar Rosso giunse l' auiso della rotta di Campsone, è della vittoria di Selimo, onde Hoceno abbandonato Solimano, à cui era poco amico, si ridusse à Hidda presso la Mecha con la maggior parte dell' armata & dell' essercito, pensando di conseruare quelle forze alli maggiori bisogni dell' Egitto, ma Solimano huomo di mala fede, seguitatolo, & fingendo d' essere d' accordo seco, lo fece morire, & impiegò la medesima armata in seruitio de gli Ottomani, per rimettersi con loro in gratia, che non fu picciola cagione di fare più tosto atterrare l' Imperio d' Egitto, il qual accidente hò voluto accennare quì, perche non hò veduto, che ne facciano mentione, se non l' historie de' Portoghesi, & io mi sono spesso marauigliato, che quella così gran potenza, che metteua terrore à tutta l' Asia, & era stimata ò superiore, ò pare, ò poco inferiore all' Ottomana, rimanesse in sì breue tempo estinta, & soggiogata, se ben concorsero à questo molti altri accidenti, è vi si

Soldani, postquam Lusitani ea cœperunt sulcare maria, ac post eos Turcæ qui hoc occuparunt Regnum, portum ibi facere idoneum ac commodū, & armamentarium insuper ibi exstruxerunt, ex quo classes suas armis instruere possent, quibus maiores Lusitanorum progressus impedire conabantur, sed absq; successu & sumptibus nimijs. E Cairo enim Camelorum in dorsis omnis materia ac instrumenta ad naues ędificandas Suezum deportanda erat.

Primus hoc tentauit Campson Gauricus, Ægypti Soldanus, ab Arabibus ac diuersis Principibus Mahometanis sollicitatus, proposita non saltem dignitatis & vtilitatis consideratione, verum etiam Religionis obligatione, cuius Soldani illi, qui in Califorum successerant locum, æstimabātur capita. Prima autem vice, ex duabus, qua allatis à Nilo Suezum vsque, vt dixi, camelorum humeris, omnibus tentauit materijs, malè ei successit, amissis & nauibus & exercitu. Secunda verò peius, dum enim in eo esset opere, à Selimo Turcarum Imperatore apud Damascum prælio victus, occubuit: Ac cum eo tanquam furiosa & violenta quadam concussione collapsum est Soldanorum in Ægypto Imperium, vna cum Mamalucorum nomine, qui vltra ducentos & quinquaginta annos possederunt.

Eodem tempore & alius accidit casus memorabilis, quo Turcarum prosperitas non parum adiuta, Mamalucorum vero calamitas insigniter aucta est. Eo enim classe, quam tantis sumptib. ac difficultatibus Campson in Indicum mare cōtra Lusitanos emiserat, supremus erat Imperator Solymannus quidam è Morea aut Peloponeso oriundus Pirata famosus, & propter latrocinia patria, ac omnibus Turcarum ditionibus pulsus: habebat is pari secum cum autoritate Hocenum Persam, qui in priore expeditione supremus Imperator fuerat. His itaq; in Mari Rubro nauigantibus, nuntius ad ipsos de Campsonis cæde, & Solymanni victoria adfertur, quo perculsus Hocenus, qui antea parum erat socio Solymanno amicus, relicto eo, se Hiddam, quæ non longe à Mecha abest, cum maiore & classis & exercitus parte recepit, vt res illas ad maiores Ægypti necessitates seruaret. Sed Solymannus, cum insecutus, eiusdem fingens se esse sententiæ, magna perfidia eum occidit, ac cum tota classe ad Turcas tr[illegible], vt cum ipsis rediret in gratiam: atque hoc modo, non parum momenti ad Ægyptij Regni accelerandam ruinam attulit. Cuius rei hic mentionem faciendam putaui, quod viderim nullas eius, nisi Lusitanorum meminisse historias. Ac sæpius miratus sum, quod hoc Imperium, quod toti ferè Asiæ terrorem incusserat, ac Turcico vel par, vel paulò certè inferius æstimabatur, tam breui tempore

posino considerare altre cagioni, che non appartengono al presento ragionamento.

Ma io soglio andar pensando tra me stesso le cause, per le quali conquistarono i Turchi con corso così veloce l'Egitto, & all' incontro homai per più di ducent' anni combattono l'Vngheria, nè finiscono d'insignorirsene, anzi hà permesso Dio benedetto, che in quest' vltima guerra se ne sia ricuperata dalle mani loro qualche parte. Attribuirei questo alla religione, s'io facessi gran differēza tra l'heresia, & il Maumetismo, & puro con tutto questo vel' attribuisco, perche tra molti heretici, c'è pure qualche Catolico, & li Prencipi, sotto il cui nome s'è fatta la guerra tanti anni sono stati sempre Catolici, è la lode veramente si deue al valore della natione Vngara, celebre in tutti gli Historici.

Ma tornando al nostro proposito dico, che li Rè d'Egitto considerando le commodità grandi, c'haueria riceuuto quel popolo, se s' apriua il passo di poter nauigare da vn mare all' altro, mentre fioriua la potenza, & la richezza loro pensarono più volte di tagliare il detto Ismo, & renderlo nauigabile, perche consistendo le immense richezze di quel Regno nelle gabelle, & nelle merci, che si conduceuano dall' Indie Orientali, e dall' Ethiopia, pensarono, che queste sariano molto maggiori cō la commodità del detto taglio. Strabone dice, che Sesostri fu il primo, che mettesse il pensiero, & la mano à quell' opera, ma Herodoto afferma, che fu Neco figliuolo di Psammenito, & ch' egli cominciò il taglio nella pianura sotto à monti di Mensi, oue sono le lapidicine, ò petriere famose per hauere somministrata materia à fabriche immense, & che per là voleua condurui il Nilo, dissegnando la fossa cō diuerse girauolte, rispetto al monte Casio, che impediua il camino dritto, ona ella veniua ad essere lūga più di cento venticinque miglia, & larga tanto, che due galere poteuano solcarla al pari, nella qual' opra continuò tanto, che si legge essere morti nella fatica fin' à cento ventimila huomini, & poi l'abbandonò, sgomentato dall' oracolo, che predisse nō lui, ma qualche forestiero douer cogliere il frutto di quell' impresa. Non sò mò se questo, che Herodoto nomina Neco fosse l'istesso, che da Strabone, & da Plinio è detto Sesostri, ancorche Strabone aggiunge anco, che alcuni haueuano opinione hauere Psammenito figliuolo di Sesostri, & non lui dato principio alla detta fossa, sia come si voglia, questa è la più antica memoria, che se n' habbia, & fu innanti la guerra Troiana, nè l'opra fu condotta à perfettione, hauendola Neco abbandonata per l'oracolo già accennato.

Et certo è da marauigliarsi, che vna così gran potenza, & infinita ricchezza, come era quella dè Rè d'Egitto s'impiegasse più tosto in vaniffime spese di piramidi, di colossi, & di laberinti, che in que-

pore extinctum ac subiugatum sit, quamuis multę etiam aliæ concurrerint causæ, aliaq; accidentia, quorum consideratio non est huius loci.

Apud me ipsum de causis cogito, propter quas Turcæ tam veloci victoriarū & cursu & successu totam subegerint Ægyptum, econtra v. vltra ducētos iam annos in Vngaria laborarint, neq; eam debellare potuerint: Imò quod Deo adiuuante in vltimis hisce bellis aliqua et pars ex ipsorū fit recuperata manib. Religioni id ascriberem, si aliquā inter hęresiam & Mahumetismum faciendam putarem differentiam; atq; adeò ipsi tamen hoc tribuo. Inter multos enim hæreticos, vel vnus aliquando inuenitur Catholicus. Et principes quorum ductu bellum tot iam per anuos gestum est, Catholici semper fuerunt: præterquā quod multū etiam tribuendum sit nationi Hungaricæ apud omnes historicos propter fortitudinem celebri.

Sed vt ad nostrum redeamus propositum dico, quod Ægypti reges consideratis magnis commoditatibus, quib. fruerentur, si via pararetur, qua ex vno mari in alterum penetrare ac nauigare possent, sæpius dum adhue ipsorum in flore esset potentia, ac magnis abundarent diuitijs, de perfodiendo hoc Isthmo cogitarunt, vt nauigari posset, sperantes immensos illos diuitiarum prouentus, vt plurimum ex vectigalibus ac mercibus quæ ab Indijs Orientalibus & Æthiopiæ partibus aduehuntur constant, hac commoditate plurimum augendos. Strabo Sesostrin primum fuisse scribit qui huic operi & animum & manum admouerit. Herodotus vero affirmat Necum Psammeniti filium primum cœpisse in planicie, sub Mensium montibus, vbi celebres illæ sunt latomiæ, è quib. ad immensas illorum Regum fabricas desumpta est materies, ac ducta fossa Nilum ei immittere voluit. Multis hęc fossa propter Casium montem, qui rectum impediebat tramitem, circumducenda fuit anfractibus; Ducta tamen est ad centum & viginti quinque milliaria, eaque latitudiue vt duæ triremes simul ea vehi possent: ac tam ei institit operi, vt vltra centum & viginti hominum millia in eo perijsse legantur. Tandem autem destitit oraculo territus, quo non ipsum, sed peregrinum aliquem eius laboris fructum diecbatur percepturum. Non autem scio an hic quem Herodotus Necum dicit, idem ille sit qui à Strabone & Plinio Sesostris nominatur, quamuis etiam Strabo hoc adiungat, quod nimirum aliqui sint qui putent Psammenitum Sesostris filium, & non Sesostrin huius operis primum fuisse autorem. Vt vt autem id fit, antiquissima hæc est quæ hac de re habetur memoria. Factum autem hoc initium ante bellum Troianum, neque ad finem perductum, dehortato nimirum Neco, eo, cuius superius meminimus, oraculo.

sta, dalla quale poteua tanto accrescersi la felicità del Regno, il quale haueria da quella nauigatione cauati infiniti tesori, & mille commodità per la sua propria sicurezza, & per dilatare i confini.

Nel qual proposito due cose si ponno considerare, l'una che se quel taglio fosse stato perfettionato non sarebbe il paese facilmente stato occupato da forestieri, & massime in questo nostro secolo quando Selino lo conquistò, essendo verisimile, che se l'armata, che era nel mar rosso, hauesse potuto per quell' alueo venire in soccorso de suoi, non si saria quell' Imperio così miseramente perduto. L'altra c'haueriano sempre gli Egitti dominato il mar Arabico, & Indico, nè sarebbe mai stata desuiata per altro camino la prattica delle speciarie importantissime delle Meluche, & d'altre parte.

Doppo li Rè sopranominati tentò anco Dario, che co'l Regno della Persia teneua congiunto l'Egitto, il medesimo taglio, & lo condusse fino à certi laghi, che si chiamauano, & erano amari, ma derivandosi in essi il Nilo mutarono all' hora natura, & sapore, onde s'empirono anco di buoni pesci, & doppo Dario il primo Tolomeo de successori d'Alessandro vi messe pur la mano con pensiero di condur l'opera à fine, ma tosto se ne ritirò, chi dice per dubbio di qualche inondatione, essendosi calculato, che il mar rosso era tre cubiti più alto, che la terra dell' Egitto, il che Plinio tiene per vero, Strabone per falso, chi per tema che il mare entrando nel Nilo venisse à corrōpere l'acque, onde ne seguisse non solo mancamento d'acqua così eccellente e per gli usi quotidiani, ma anco sterilità nè terreni, che fossero allagati con mescolata salsedine.

Quanto à me tengo quello, che dissidi sopra, quando si trattò del taglio dell' Ismo della Morea, che la natura difenda le fatture sue, è che non permetta l' omnipotente Dio, che si mutino certe cose stabilite nella creatione del mondo per fini recondite nella sua diuina prouidenza, onde si vede, che dapoi le proue sopradette s'è lasciata l'impresa come impossibile, ò disperata, nè è dubbio, che s'altrimenti fusse doppo che l' Egitto venne in potere degli Ottomani, vi si saria atteso gagliardamente, massime da Solimano figliuolo di Selino Prencipe di gran prudenza, il quale fu medesimamente persuaso, & sollecitato da diuersi Rè Maomettani, & massimamente da quel di Cambaia di mandare l'armata nel mar Indico per opporsi à Portoghesi, è non lasciar cadere in mano loro tante ricche gabelle col dominio assoluto di què mari. Il quale mandò purè, come haueua fatto Campsone la materia à Suezo oue si fabricò l armata, è c' inuiò all' Isola di Dio del medesimo Regno di Cambaia, ma fu ella distrutta da Portoghesi, come erano state l altre, nè dapoi quel tempo si sforzarono più Egittij, ò Turchi d' impedire à Portoghesi il corso felicissimo

Et sane mirandum est tantam potentiam, tantasq; diuitias, quantæ Ægypti Regum fuerunt, in vana potius pyramidum, collossorum, labyrinthorum, aliorumque eiusmodi inutilium operum ostentatione consumptas, quam in hac tam vtili cura, vtpote à qua regni totius felicitas dependebat. Ex hac enim nauigatione maximi reditus, præter mille commoditates tam ad securitatem, quam ad limitum extensionem prouenire poterant.

Qua in re duo consideranda veniunt. Primum: si hæc isthmi perfossio ad finem perducta fuisset, non tam facile à peregrinis regnum illud expugnari aut subiugari potuisset: eo præcipue seculo, quo Selinus in suam id redegit potestatem. Verisimile enim est, non tam faciles habiturū hostem progressum, si classis quæ in altero erat mari suis per hunc canalem auxilio esse potuisset. Alterum est, quod Ægyptij huius aluei commoditate semper Maris Arabici & Indici fuissent domini, neq; vnquam aromatum distributio ex Moluccis alijsque insulis alio deriuata fuisset.

Post prædictos Ægypti Reges Darius qui etiam Persiæ Imperio Ægyptum adiecerat, idem tentauit, fossamq; ab illis cœptam, vsque ad lacus aliquos deduxit, qui & nomine & reipsa amari dicebantur, sed Nilo in eos ingresso, naturam & amaritudinem amiserũt, ac optimis piscibus repleti sunt. Post Darium Ptolomæus Primus ex Magni Alexandri successoribus, manum ei quoq; admouit quasi ad finem perducturus: sed in ipsis substitit principijs: fortè aliquam veritus inundationem: dicebatur enim Mare Rubrum tribus cubitis Ægypto altius esse. Quod Plinius etiam affirmat: negat autem Strabo. Aut forte timens ne mare Nilum ingrediens eius corrumperet aquas, vnde non saltem eius vsu quotidiano tam vtili, quam necessario carendum esset, sed etiam ipsum solum per maris salsedinem sterile fieret.

Ego autem in ea sum opinione, vt & nuper cum de Peloponesi aut Moreæ Isthmi perfossione agerem, dixi, Naturam sua defendere opera: Neq; Deum Omnipotentē permittere, vt aliqua eius in ipsa Creatione pro Diuina sua Prouidentia ordinata opera mutentur: Atq; hinc esse, quod opus hoc toties ab hominibus, neq; absq; consilio cœptum, tamen intermittendum tandem fuerit tanquam impossibile ac deploratum. Neq; vllum est dubium, quin alias fuisset vel à subsequentib. ad finem perductum: & precipuè posteaquam Ægyptus in Turcarum deuenit potestatem, magna illi in hoc incubuissent diligentia: & maximè sub Solimanno Selimi filio, magnæ prudentię Principe, à diuersis etiam Mahumethanis Principibus sollicitato: ac inter alios etiam à Cambaiæ rege, qui etiam instabat, vt classem in Mare Indicum mitte-

delle loro vittorie, le quali hanno portato à gli Ottomani danni incredibili, perche da gli Stati loro si cauauano le speciarie per distribuirle si può dire à tutto il mondo, che per questo andauano ciascun' anno le galere grosse de Signori Vinitiani in Alessandria anco à nostri tempi, & io medesimo mi ricordo hauerle vedute trent' anni sono, mentre con l' Arciuescouo nostro zio di fel. meme. mi ritrouauo in Zara, perche fino à quel tempo s' auenturauano pure i Mercante Arabi, & Giudei di penetrare con qualche naue à Suezo, ma ne sono dapoi stati castigati tanti nella vita, & nella robba, & sono di modo accresciute le guardie de Porthoghesi in tutte le parti, che pochi s' arrischiano, & se pure qualche speciaria si porta per quel camino, non è tanta, che serua all' vso del paese, non che se ne possano carica galere grosse, tutto il resto si conduce à Lisbona, & à Siuiglia, & di là si distribuisce in varie parti, onde n' è anco deriuato à Signori Vinitiani danno di molto momento. Altro non mi souiene, che dirui intorno questo Ismo d' Egitto, la grandezza, & copiose richezze del qual Regno mi tirano a discorrere alquanto intorno à loro particolari.

L' Egitto per se stesso non è molto grande, perche la sua lunghezza per i lidi del mare mediterraneo è poco più di cinquecento miglia, & la larghezza non credo, che sia più di cento, ma li Rè dell' Egitto teneuano sotto il suo dominio anco la Soria, la Giudea, parte dell' Ethiopia, parte dell' Arabia, il Regno di Cipre, & molte altre Prouincie. Li thesori maggiori si cauauano però dall' Egitto, nè mi ricordo hauer letto, che ci fossero minere, ma le ricchezze deriuauano in gran parte dalla fertilità mirabile della terra, la quale anticamente (per quanto scriuono Auttori graui) non si araua, ma subito doppo l' inondatione del Nilo si seminaua il grano, & poi si metteuano dentro greggi numerosi di porci, o di pecore, le quali calpestrando la terra ricopriuano il grano, ne v' andaua poi altra fatica, se non di metterlo, ma dal qualche centinaro d' anni in quà non si costumano più porci, ò pecore, & conuien arare la terra, ma con pochissima fattica. Et li Rè all' hora erano Patroni si può dire di tutte l' terrena fin' dal tempo che la prouidenza di Gioseffo fece conseruare il grano per gli anni della sterilità, & della fame, ne quali egli si distribuì poi à popolo, che non hauendo con che pagarlo diede in cambio li campi, ma la principal richezza deriuaua però dal commercio sudetto, & dalle gabelle del mar Rosso, & del Mediterraneo, & queste erano tante, che nè tempi di Tolomeo Auleta vltimo di quei Rè, & Padre di Cleopatra si fece conto, che se ne cauauano intorno à dodici milioni di scudi, se ben egli era Prencipe da poco, & che gouernaua malissimamente le cose sue, però si dice che Romani

mitteret, qua Lusitanis se opponeret, nec permitteret, vt vectigalia tam magna, eorumq; Marium absolutum Dominium in peregrinorum manerent potestate. Et mandauit ille quidem ad Campsonis olim exemplum omnem ex Suezzo materiam, ac instructam classem versus Dium Insulam misit, quæ in ipso quoq; Cambaiæ Regno sita est, sed à Lusitanis & victa & destructa fuit, quemadmodum & aliæ: nec ab eo deinceps tempore, vel Turcæ vel Ægyptij felicissimum Victoriarũ Lusitanicarum impedire cursum tentarunt, quamuis incredibilia Turcæ ab ijs paterentur damna, vtpote è quorum ditionibus aromata, per vniuersum, vt ita dicamus distribuebantur mundũ: ac nostris adhuc temporib. Veneti quotannis, magnas suas Triremes Alexandriam mittebant: ac ipse memini me ante triginta annos videre, cum vna cum Archiepiscopo Patrono nostro piæ memoriæ in Zara essem. Vsque ad ea enim tempora mercatores & Arabes & Iudæi vsq; ad Suezum aliquando penetrare ausi sunt: sed tam egregiè & corpore & fortunis mulctantur, atque insuper à Lusitanis tam diligenter omnes insidentur viæ, vt pauci tantum subire periculum in posterũ tentent. Et quamuis aliqua hac via aromata veniãt, non tanta ea sunt, vt vsui regionis sufficiant, nedum vt naues onerari, ac alio trãsportari possint. Reliqua omnia Vlissiponem ac Hispalim deferuntur, vnde postea in varias regiones distribuuntur. Atque hinc etiam vel ipsis Venetis non parum infertur detrimenti. Nihil præter hæc occurrunt de Isthmo Ægyptio dicenda. Eius autem regni magnitudo, ac copiosæ diuitiæ, aliquam de ipsis in specie disserendi materiam præbent.

Ægyptus per se, non adeò magna est, tota enim eius longitudo, quæ per Maris Mediterranei littora se extẽdit paulo maior est quingentis milliaribus: latitudinem vero nõ credo centum milliaria excedere. Sed Ægypti regibus suberant etiam Syria, Iudæa, Æthiopiæ & Arabiæ pars, Cyprus vna cum multis alijs prouincijs. Maxima autem redituum ac diuitiarum pars, ex sola colligebantur Ægypto: non ex fodinis, quas nullas habet, neque vsquam me legisse memini, aliquas ibi inueniri, verum ex admiranda soli fertilitate, quod olim (vt graues hoc testantur autores) non arabatur, sed statim post Nili inundationem, semina sua proijciebant incolæ, quibus sues postea aut oues immittebant, quæ conculcata ea, terra obtegebant: neq; vllo deinde alio opus erat labore, nisi vt maturata postea demeterent. Verum centenis aliquot ab hinc annis, non amplius vtũtur vel suibus vel ouibus, sed aratro, labore tamen leui. Erant autem olim regis, ab ipsis Iosephi temporibus, qui frumenta in vberibus annis reseruata, sterilibus annis, cum nihil amplius superesset

accrebbero doppo la sua conquista di molto quell' entrate.

Queste ricchezze publiche, & le priuate vtilità, che veniuano in consequenza con la copia delle cose necessarie al viuere prodotte dalla fertilità del terreno, col quale s' accordaua la fertilità delle Donne tale, che in Egitto si teneua per miracolo vedere vna Donna sterile, anzi d' ordinario anco di presente odo, che li parti sono di due è tal volta di tre, di quattro, di sei, fino à sette, nè se non rarissime volte si vedono sconciature, anzi sopravuiuono anco li figliuoli, che nascono in otto mesi, come testifica Aristotele, & Auicenna, attribuendosi questo beneficio all' acqua del Nilo, alla quale soleuano concorrere anco di lontano le Donne forestiere per hauer figliuoli. Queste cagioni dico fecero crescere il numero del popolo in infinito, & delle Città in consequenza, nelle quali haueua ad albergare, fin à quella misura poco credibile, c' hauete udito, trouandosi presso buoni Auttori, che sotto ad Amasi si descrissero ventimila Città, & Terre murate, & Theodoro Siculo afferma di diciotto mila, & questi erano tutte dentro à termini dell' Egitto, onde doueua essere di necessità vna moltitudine infinita di huomini, la qual si può anco congietturare dal numero dè soldati, che si trouauano nel tempo del medesimo Amasi, sotto' l quale cominciò la guerra di Cambise Rè di Persia, che finì poi sotto suo figliuolo, & ridusse l' Egitto in seruitu. Ma per intendere meglio questa facenda bisogna sapere, che in Egitto la gente destinata all' vso della guerra nō attendeua nè ad agricoltura, nè ad arte di sorte alcuna, il qual costume fu anco dè Persiani, dè Lidi, de Sciti, & da questi l' impararono li Lacedemonij, & li Corinthij, ma presso gli Egittij non si conosceua altro grado di nobiltà, che quello della militia, la quale era diuisa in due generi, gli vni si chiamauano Calasiffi, gli altri Hermotibij, i quali vocaboli per quel che si vede in Herodoto dinotauano più tosto differenza dè luoghi, che d' arte, ò d' armi, & tutti erano combattenti, e questi à tempi d' Amasi come diceua, erano più di quattrocentomila, nè si conputaua in essi la gente di mare, onde si può congietturare quanta fosse l' altra moltitudine, che doppo questo tempo essendo il Regno venuto in potere de Persiani, & seguitene dapoi tante mutationi di dominio, & tante guerre, & morti, restò si può dire desolato il paese, onde si fece conto à tēpi dell' vltimo Tolomeo sopranominato, sotto' l quale si trouò destrutto l' Egitto, che non vi rimaneuano più di sette in otto millioni di persone, & meno di tre mila delle tante Città, che si sono dette di sopra, il qual numero io credo bene, che sotto l' Imperio di Romani (che successero à Tolomei) si sminuisse similmente di molto, come anco nelle guerre, che dapoi vi fecero Saraceni, quali nè cacciarono li

incolis quo ea emerent, pro agris vendidit, totius soli domini proprietarij: Interim tamen præcipuæ diuitiæ colligebantur ex superius dictis commerciorum per Rubrum & Mediterraneum maria vectigalibus. Atque hæ tantæ erant, vt tempore Ptolomæi Auletæ vltimi Regis ac Cleopatræ patris ad duodecim coronatorum milliones, in annuis reditib. numerati sint, quamuis ipse Princeps esset ignauus, neq; adeo ad rem suam attentus esset: quos postea Romani subacta Ægypto in immensum auxerunt.

Ad has tam publicas quam priuatas, quę ex soli vbertate prouenie bant diuitias ac omniū rerū ad victū necessariarum abundantiam, accedit ēt fæminarum admiranda fœcunditas, ita vt pro miraculo aut monstro haberetur mulier sterilis: Imò in hodiernum vsq; diem audio partus plerunque esse gemellorum, sæpius trium, quatuor, sex & vsque ad septem fœtuum: & non nisi rarissimos fieri abortus, & quod etiam octo mensium partus vitales sint, quod alibi raro admodum fieri testātur Aristoteles & Auicenna. Nili autem hoc vndis attribuitur, ad quas etiam è longinquo accurrunt mulieres, vt fœcundæ fiant. Atq; hinc etiam & incolarum & ciuitatum, in quib. habitarunt in immensum, & ferè incredibile, excreuit numerus, adeò vt testentur autores quod sub Amasi numerata sint ad viginti ciuitatum & muris clausarum vrbium millia. Theodorus Siculus octodecim numerat millia, quæ omnes intra ipsos Ægypti sunt terminos, in quibus innumerabilem oportet hominum habitasse multitudinem, de qua etiam quodammodo iudicari potest ex incredibili militum numero qui sub eodem Amasi militarūt, sub quo bellum illud Cambysis Persarum Regis, cœpit, quod postea filius eius subacta Ægypto ad finem perduxit. Quod vt melius intelligatur, sciendum illos, qui ad arma destinabantur, nulli alij rei, neq; agriculturæ neq; opificio qualicunq; fuisse intentos. Qui etiam apud Persas, Lydos, & Scythas fuit, à quibus eum postea mutuati sunt Lacedæmonij & Corinthij. Neq; apud Ægyptios alius erat Nobilitatis gradus, quam militiæ. Diuisa hæc erat in duo genera, vt aliqui Calasirij, aliqui vero Hermotibij dicerentur, quę tamen vocabula, vt ex Herodoto apparet, differentiam potius locorum, quam artium aut armorum denotabant. Omnes autem pugnatores erant atq; horum sub Amasi vt dictum est vltra quadraginta millia pugnabant: non numeratis classiarijs. Vnde conijcere licet quanta reliqua fuerit artificum, mercatorum, agricolarum aliorumq; hominum multitudo. Postea vero Regno à Persis subacto, ac crebris Dominorū insecutis mutationibus, post tot bella tantasque strages, adeo imminutus est numerus, vt depopulatum fere dici posset. Vnde

Romani, ma nel gouerno alquanto più pacifico, che ſeguì doppoi de Caleſi, & dè Soldani s' empì di nuouo il paeſe, & fiorì mirabilmente, odo, che ſotto 'l dominio tirannico, & barbarico dè Mamaluchi ſi doleuano poi gli Egittij della deſolatione, & che 'l Regno perdeua l'antica ſua gloria, & pure ho inteſe da huomini prattici, che doppo eſtinti li Mamaluchi ſi fa cento, che ſotto gli Ottomani ſi ſiano perdute quattro quinti della gente in modo, che non rimangono cento huomini, oue ne ſoleuano eſſere cinquecento, & queſto ſi diceua prima, che la guerra di Perſia haueſſe anco conſumato per ſe di quello miſere reliquie, le quali doppo tante deſtruttioni ſono nondimeno tali, che chi vede hoggidì le Città dell' Egitto, & della Soria, & non intende lo ſtato delli tempi paſſati, non vi conoſce diminutione, anzi s' induce à credere, che in tutto 'l mondo non ci ſia paeſe più frequente di popolo, & pure riſpetto all' antica frequenza egli può parere deſolato La cauſa della diminutione deriena principalmente dall' eſtorſioni, & crudeltà, ch' vſano li Baſsà, & gli altri Gouernatori, ma non è dubbio, che v' hà gran parte anco il ſopradetto mancamẽto del traffico, il quale ſe foſſe reſtato in piedi, ſaria impoſſibile, che non la commodità del guadagno, con l' abbondanza delle coſe del viuere con la ſalubrità dell' aria, che per non patire mutatione, come interuiene in altri paeſi fa gli huomini ſani di lunga vita (onde quello ſi tiene per lo più ſalubre paeſe del mondo) non ſi foſſe anco conſeruata, ſe non augumentata la moltitudine de gli habitanti, la quale però s' eſſerua, che di ſua natura v' à calando, in tutto quelle Prouincie, ch' eſſendo ſolito ad hauer li ſuoi Prencipi naturali, li perdono, è vengono ſotto altri potentati gouernate da miniſtri, il che cagiona, che ſono à gl' acquiſtatori di poco frutto, come ſi può conſiderare particolarmente nell' Egitto, ch' era Regno, ò Imperio così potente, nè ſi conoſce però c' habbia accreſciuta di molto la potenza à gli Ottomani, doppo che lo poſſedono, poiche nelle impreſe, c' hanno fatto dapoi, non ſi ſono veduti nè maggiori eſſerciti, nè maggior forze, ma forze minori per le cauſe, che non ſi ponno conſiderare in queſto luogo.

Si sogliono anco Genouesi molto gloriare due cose, la prima, che habbiano vn monte detto San Giorgo, nel quale sia grandissima somma di denari, & che sia di gran credito, & fede: la seconda, che habbino il Cattino, nel quale mangiò nostro Sig. la notte di Pasqua, il qual' è di smeraldo finissimo, & in vero non solo è cosa veramente rara, ma vnica, mostrandolo con grandissime cerimonie, & mai lo portano fuori, se non per qualche grande occasione, la valuta di esto dicono questo, se s'hauesse à pagare à contanti saria grandissima, benche non lo sappiano esprimere.

Solent prætetea Genuenses de duabus rebus plurimum gloriari. Prima est quod Montem, seu fundum habeant, qui S. Georgij dicitur, in quo maxima sit pecuniarum summa, qui quoque in magno sit Credito & nomine. Secunda est: quod habeant Cattinum seu patinam, è qua Dominus noster agnum Paschalem comedit. Est autem è Smaragdo purissimo: ac non solum res est rarissima, sed etiam vnica. Multis eam ostentant cum ceremonijs, neq; vnquam eam proferunt nisi magna aliqua occasione. Precium eius si numerata soluendum esset pecunia, maximum esse dicunt, quamuis illud non exprimant.

L' Industria sua è la mercantia, il nauigare, & le arti, & sol questo mantiene il paese.

Occupatio Genuensium est, in mercatura, in nauigationibus, & in opificijs: atque his saltem tota illa sustentatur regio.

Vi sono molti Gentil' huomini, quali sono Signori di Castelli con grossa entrata, & alcuni di loro tengono Galere per seruitio di Mercantie.

Multi ibi sunt nobiles qui magnis gaudentes reditib. sua sub se habent castella, quorum aliqui et ad mercaturæ vsum proprias habent triremes.

Genouesi sono molto ricchi, & li loro denari trafficano à cambij.

Sunt Genuenses ditissimi, ac plerique pecunijs suis nummulariam exercent.

La Città abbonda da mare, & da terra di ogni mercantia, & à tutti presta credito, & à tutti attende.

Terra, mariq; varijs abundat ciuitas mercibus, quibus intenta est, ac omnibus eas credunt.

In questo paese si fa ogni arte ogni mercantia & si espedisconc cambij d'ogni moneta.

Omnis generis hic exercentur opificia, varia quoq; sunt commercia, ac omnium monetarum permutationes fiunt.

La Riuiera di Ponente è piena di frutti vini, & ogli, per cento miglia di terreno alla marina, tutto in Italia, è participato da mare, & da terra.

Versus Occidentem littora varijs fructibus, vino, & oleo abundant, ad centum vsq; milliaria, territorio omni in Italia terra mariq; sito.

La Città di Genoa è forte di muraglie, & di Frōtiere, & alle porte tengona buone guardie cō gli suoi Bellouardi muniti d'Artigliaria, & è circondata da giardini di amene, & dilettcuoli Ville cō i suoi casamenti, & in alcune parti palazzi, & sono di fuori case più belle, più bene accommodate, che non sono in Genoa come sono in Albano, Bisagrit, Misagno, Marasi, Maltade, Blacherina, Castelleto, Carbonara per terra, Minuta, Montegallo, San Michel, Oregina, Granaruolo, Tassiolo, San Pietro d' Arena, Promōtorio, Cornilliano, Sestri, Spegi, & Laquenante, Quarto, Quinto, Nerui, S. Ilario, & molti altri luoghi tutti ameni, & fruttiferi, che danno cibo all' animo, & al viuere humano.

Ipsa ciuitas Genua fortibus est clausa muris. Portæ magna custodiūtur diligentia Propugnacula tormentis optimè sunt instructa, ac munita. Foris hortis amœnis ac iucundissimis villis cum suis habitationibus circundata est. Aliquibus etiam in locis magnifica visuntur palatia, ac splendidiores quam in ciuitate, domus: nimirum in Albano, Bisagrito, Misano, Maraso, Maltrade, Blacherina, Castelletto, Carbonara, & terram versus, Minuta Montegallo, S. Michaele, Oregina, Granarolo, Tassiolo, S. Petro de Arena, Promontorio, Cornillano, Sestri, Spegi, Laquenante, Quarto, Quinto, Neruio, S. Hilario, ac multis alijs in locis tam amœnis, quam fructiferis, vt & animum & corpus reficere possint.

L' officio di San Giorgo è patrone, & Signore dell' Isola di Corsica, che appresso la M. Cesarea s' intitola Regno, & gli manda ogn' anno per il suo Gouernatore Capitanio, è Luogotenente, Podestà, & officiali, come è consueto. Fà il simile in Heresana luogo forte, & di Castelli, & di Presidio, frontiera de' Fiorentini, per di Castelnuouo,

Officium S. Georgij Corsicæ insulæ habet dominium, quod apud M. Cæs. Regni titulo decoratum est, ac quotannis suum eo mittit Guberna-

& altre Ville. Et dalla parte di Ponente detto luogo è Sig. della Città di Vintimiglia antichissima, qual hà molte Ville, & Castelli sotto di sè, si troua anco patrone delle Ville di Terzo, & la prima terra di Pieue con diversi Castelli, & Ville, doue mandano ogn'anno Capitani, Presidenti, & officiali, & questo luogo è abbondantissimo di ogni cosa per il viuer humano.

Questo Magistrato di S. Giorgio si attroua ricco di denari, d'armi, & di consiglio, non hà mai mancato di souuenire la Republica di denari, & d'argento quanto hà hauuto di bisogna.

La Signoria di Genoua hà gran giurisdittioni, Capitanati, & Podestarie. Hà la Città di Sauona con tutto il suo Territorio. Hà la Città di Gomma con le Fortezze, & territorio suo. Hà la Città di Nolli. Hà la Giurisdittione della Pietra molto grande, con diuerse Ville. Hà la Città di Albenga, nobile, & antica, con le Giurisdittioni con diuerse Ville. Hà il porto Maurisio, Tagra, Remo, quali hanno molte Ville sotto loro, & la Signoria gli manda officiali ogn'anno.

Hà verso Ponente di Lombardia passato il Giogo Monte, tutta la Valle di Pozzeura, della quale si cauariano due milia huomini armati in fauore della Republica, & tutta quella Valle dura vinti miglia. Appresso Genoua, seguita Frassano, Voltaggio Gate, Vnada, Rossiglione, & Mouico con suoi Castelli, doue la Signoria manda ogni anno suoi officiali, & sono buone terre, hanno vini, grani, castagne, & legne in quantità, & suppliscono alli bisogni della Republica, & di tutta la Città, & non passano trenta miglia lontano dalla Città. Gli luochi della Riuiera di leuante sono molto buoni, & fertili, & non sono minori di quelli di Ponente, & primieramente vien porto Fino, Rapolo molto ricco, & abbondante, Sestri, Monaco, le Cinque doue nascono li vini recenti di Leuante, Portouenere, & la Spetie.

Questo paese è abbondante & d'arme, & di marinarezza, pochi huomini precedono à questi in ogni cosa, confinano parte co'l Pisano, parte con Fiorentini, & parte con la Lombardia, & hanno da Genoua al fiume Macra poco manco di cento è cinquanta miglia.

Molto frutti nascono nel paese, & di che sorte si voglia, & buoni, & così vini pretiosi, & grandi, & piccioli, solamente la Dea Cerere non vuole farghi gratia di visitarlo, per esser stata alleuata in Sicilia. Ma di oglio, & d'vue moscatelle vi è abbondanza così in Genoua come per la Riuiera, tè da Leuante, come da Ponente.

Genouesi essendo posti in luogo aridissimo, & che māca della maggior parte delle cose, che la natura concede per l'vso, & viuere degli habitanti, tenendo continuamente vna gran pouertà, fatti,

torem, Capitaneum, Legatum, Prætorem, aliosq; officiales consuetos. Idem quoq; facit in Heresana, loco castellis & præsidijs in Florentiæ confinibus, munito. Item in Castronouo alijsque vicinis prędijs. Versus Occidentem habet sub suo Dominio Vintimilliam ciuitatem ditissimam, quę multas quoq; villas & castella complectitur. Dominatur etiam Tertij villis, quarum precipua Pieua est, eiusque territorium, cum diuersis castellis ac pagis, quibus suos mittunt Capitaneos, præsides, ac alios officiales. Estque hic locus omnibus quę ad victum humanum pertinent abundans.

Idem hic S. Georgij Magistratus maxime abundat pecunijs; Instructus insuper est armis, atq; consilijs, neq; vnquam Reip. tum pecunijs mutuis, tum alijs rebus, quātum opus habuit, defuit.

Ipsa Genuensis Respubl. magnas habet iurisdictiones, Ducatus & Præturas. Habet sub se Sauonam ciuitatem, cum toto suo territorio. Habet Gommam ciuitatem, cum munitionibus, & toto territorio Habet Nolam ciuitatem. Habet Iurisdictionem Petræ, quæ magna est ac plurimos pagos complectitur. Habet Albengam ciuitatem nobilem atque veterem, cum suis Iurisdictionibus & villis. Habet Portum Mauritium, Tagrum, Remum, qui multas sub se quoque habent villas: atque his omnibus suos quotannis mittit Reip: Genuensis officiales.

Versus Occidentem habet in Longobardia, vltra Iugum montem, totam Vallem Pozzeuranā, è qua bis mille armari in fauorem Reip. si aliqua vrgeat necessitas educi possent. Protenditur hæc vallis ad viginti milliaria. Post Genuā sunt Frassanum, Voltagium, Gate, Vnada, Rossilionium. & Mouicum, cum suis castellis, quib. itidem quotannis suos Resp mittit officiales. Horum territoria sunt optima, ac frumenta, vina, castaneas, & ligna, magna producunt copia, ita vt & Reipublicæ, & toti ciuitati sufficiant, neque vltra triginta milliaria ab ea extenduntur.

Quæ in Orientali parte sunt loca, optima quoque sunt ac fertilia, neq, Occidentalibus minora. Primo autem occurrit Portus Finus, Rapalum, diues & abundās, Sestris, Monacum, Le Cinque, vbi vina quæ Recentia Orientis vocant nascuntur, Portus Veneris, & Speties.

Tota regio armis, & naualibus abundat, & paucos inuenias homines qui eos in quacunq; re præcedant. Contermini sunt partim Pisanis, partim Florentinis, partim Longobardis, ac totum tractum à Genua vsq; ad Macram fluuium, centum ac quinquaginta milliarium possident.

Multi fructus, ac omnis generis in hac nascuntur regione, ac vina tum generosa, tum etiam leuiora sola Ceres eam non est dignata visitare, forte quia in Sicilia educata fuit. Olei autem & vuarum

& sono sollecitissimi, & diligentissimi nelle sue cose di mercantia, la qual li rende ricchi talmente, che s' attroua delle famiglie, oltre venti, che passano trecento mila scudi di facoltà per ciascheduna.

Genoua è piena di buoni palazzi, & tutti per la maggior parte alti da tre, & quattro solari, & alcuni di cinque. Hà Chiese molto belle, & strade in molte parti sono eguali, & tutte saleggiate di pietre durissime, oue di cuogoli cerniti minuti, per lo che quasi sempre sono monde.

Tra gli altri palazzi vi è quello del Prencipe Doria fuori della porta di S. Tomaso, ch' è molto Signorile, & ornato di belle pitture, & soffitati, sono fatti di pietra in volto tutti dipinti, hà belli giardini, con fontane nel mezo di essi, & appresso la marina v' è vn' altro appartamento di stanze nuoue con fontane sino presso la Ripa del mare, fabricate con gran spesa del Prencipe Doria.

Hanno li Borghi loro, quali domandano ville, doue etiam hanno più belli, & commodi palazzi, che nella Città, nelli quali al tempo dell' estate volontieri si trasferiscono per causa delli giardini, c' hanno in quelli, nelli quali nascono bononissimo frutti.

Entrate ordinarie nella Città non ve sono, saluo che trenta mila scudi l' anno, quali pagano le cimmere à tanto per fuoco, ch' è come vn censo.

L' Entrate poi ordinarie della Republica di Genoua sono le Dogane, & Gabelle del Sale, & altre Gabelle, & dretti, & di queste entrate fanno le spese ordinarie al palazzo di Genoua, percioche tutte le Terre di Genoua cauano fra loro le sue spese de' suoi officiali, è guardie secondo l' ordine fatto sopra di ciò anticamente così di tutto il territorio Genouese, come della Corsica, qual' è al gouerno dell' officio di S. Giorgio.

Le quali entrate ordinarie nelli presenti tempi possono importare la summa di quattrocento mila scudi l' anno, ma tutte queste entrate sono state assignate, & hipotecate al Monte, qual si chiama S. Giorgio, il quale con molto ordine le gouerna, & le dispensa alli partecipi del monte, hauendo sempre l' occhio, & consideratione di tenere qualche fondo di sostantia per quelli bisogni estraordinarij, che possono accadere alla giornata, & questo è vn negotio, qual' è gouernato con gran diligenza dalli principali Cittadini della Terra, partecipi di quel monte, il qual hà tanto credito, che alli bisogni del palazzo per la conseruatione della Republ. prontamente souuiene, & co' l consiglio, è con le leggi di tutto quello, che può, perche non solamente mira à trouar denari, perche questo lo fa à suo piacere sempre, & senza alcuna fatica, & tanti ne trouaria, quanti ne fusse nè priuati, che sono assai, ma hà l' occhio, & consideratione sempre alla conseruatione del credito con li partecipi del Monte, & la cosa

rum muscatellarum magna est copia tum in ciuitate, tum etiam in vtraque eius ripa, Orientali scil. & Occidentali.

Cum autem vrbs ipsa loco arido ac omnib. fere rebus ad victum necessarijs destituto sita sit, ciues pauperiem semper timentes, gnauiter mercaturę incumbunt, qua ita ditescunt, vt plures quam viginti in ea reperiantur familiæ, quarum quæq; vltra trecenta coronatorum millia possident.

Splendidis est vndiq; ornata Palatijs, quorum pleraq; tres aut quatuor, & quædam quinque habēt contignationes. Templa habet affabre facta. Plateæ maxima ex parte sunt æquales, & durissimis lapidibus, aut minutis silicibus stratæ, ita vt plerunque mundæ sint.

Inter palatia est etiam Principis Doriæ ædificium, extra S. Thomæ portam magnificè extructum, excellentissimis picturis ornatum: Contignationibus insuper laqueatis ex lapidibus, & foris vbique etiam depictis. Habet & hortos amœnos, ac fontes in eorum medio salientes. Versus mare alius quoq; est domorum ordo, cum fontibus, qui vsque ad litus maris protenditur, magno sumptu à Principe Doria ædificatus.

Habent Genuenses sua prædia, quę villas dicūt, vbi splendidiora & commodiora visuntur Palatia, quam in ipsa ciuitate, in quibus plerumque propter hortorum amœnitatem æstate habitant.

Reditus huic ciuitati nulli sunt ordinarij, præter trigesies mille coronatos annuos, quos ex caminis & ignibus cuiusque domus percipiunt.

Deinde etiam vectigalia & impositiones Salis, ac alia iura in reditibus numerantur, ex quib. ordinarios Curiæ aut Palatij Genuensis sumptus faciunt. Reliquæ enim omnes vrbes quæ ipsorum sunt ditionis, officiales suos proprijs suis sumptibus alunt, secundum veteres hac de re in toto illo Dominio constitutiones. Idem quoque fit in Corsica, cui officium S. Georgij præest.

Assurgunt autem hi reditus quotannis vsq; ad quadringenta coronatorum millia, qui assignantur ac hypothecantur Monti D. Georgij, à quo magna prudentia dispensantur, ijs qui in dicto monte partem habent, hoc semper obseruato, vt fundus aliquis certus ac firmus supersit, ex quo extraordinarijs necessitatibus quæ ex improuiso occurrere possent, subueniāt. Gubernatur autem hoc negotium magna cum circumspectione & cura à præcipuis ciuib⁹, qui partem in monte habent. Tantum autem hic habet creditum, vt vocant, vt præterquam quod vrgente aliqua necessitate consilio & legibus Reipubl. auxilio est, etiam promptis & paratis pecunijs, quamuis magnis succurrere possit: ac tantas absque vlla difficultate inuenire possint, vt vel minimo temporis interuallo auri millionem, si ea sit necessitas,

sua è in tanta riputatione, che detto officio trouaria à suo piacere in vn' istante vn' millon d' oro ogni hora, che volesse, con due, ò tre al più per cento, & questo non si fa saluo con fondamento d' ne si habbia à cauar il denare da Ponente, il che si fa con due modi, ò co' l crescere qualche cosa sopra le Degane, Datij, Dretti, & Sale, ò con mancar qualche portione di Ponente per qualche anno alli partecipi di detto luogo, li quali in questo anco sono contentissimi, etiam c' hauessero mancato del consueto, sapendo che questo procede da causa necessaria, & fedelmente consigliata.

Le spese ordinarie della Terra il presente sono di seicento fanti, oltra le spese del palazzo sopradetto, li quali assistono alle porte, & al palazzo. Poi vi è la spesa ordinaria di quattro Galere per la custodia della Riuiera di Genoua, & altri luoghi. Oltre che per gli ordini antichi debbono esser venticinque corpi di Galere nell Arzana per armare alli bisogni.

Sono molti crediti nella somma del debito del detto Monte, quali alla giornata crescono, & moltiplicano à beneficio publico con intentione di sminuirli Datij, & Gabelle così della mercantia, come delle altre cose, & questi nascono dà donatiui, ò legati de' priuati Cittadini, che lasciano al detto Magistrato di S. Giorgio.

Questa cosa è gouernata benessimo, & ogni dì meglio, & sono più di ducento anni, ch' è cominciata & questi consigli, & deliberationi intorno à questo si fanno dalli Signori officiali di S. Giorgio, & non altramente.

Sono nella città diecimilia huomini di fattione valorosi, & armati, perche di questi non è persona, che non resti armata, quando che fusse il bisogno, perche ne vscriano molto più, ma di questi si tien conto. Similmente diece delle due Riuiere, & molto più oltre, che sono marinari valenti, & molto accorti.

Numero delle principali Casate di Genoua.

Centurioni, Lomelini, Spinoli, Doria, Pallauicini, Cibo, Giustiniani, Teruari, Sauli, l' Areati, Marini, Cattanei, Negri, Seluaggi, Grilli, Imperiali, Premontori, Negroni, Vsodamar, Pinelli, Calui, Franchi, Itaboni, Freschi.

De' quali si fanno quattrocento del consiglio, vn Duce, otto Procuratori, & otto Gouernatori.

Et questo è quanto occorre di dire al presente intorno alle cose de' Signori Genouesi.

corrogare possint, numeratis saltem duobus, aut tribus ad summum pro centum. Et quamuis illas etiam apud priuatos inuenirent, semper tamen huc oculos intendunt, vt creditum suum semper conseruent, cum illis qui partem in monte habent: hac saltem habita consideratione, vnde nimirum pecuniæ illæ refundi aut restitui debeant. Restituuntur autem duob. modis, nempe aut augmẽto portoriorum ac vectigalium & salis precii, aut etiam diminutione aliqua portionis eorum qui partem in monte habent: qui non grauantur, scientes hoc vrgente necessitate, ac maturo simul & fideli fieri consilio.

Sumptus ordinarij totius territorij sunt, præter Curiæ aut palatij expensas, stipendia sexcentorũ peditum, qui tum portas, tũ ipsum palatium custodiunt. Deinde sunt etiam quatuor triremes quæ stipendiis ad custodiam fluuii aut Ripæ Genuensis & aliorum locorum sustentantur: præter viginti & quinque triremes, quæ secundum veterum leges & consuetudinem in Nauali ad quamuis necessitatem paratas habere debent.

In prædicti montis debitis multa sunt credita, quæ in dies crescunt ac multiplicant, in publicum beneficium, in hunc finem, vt portoria & vectigalia tam mercium, quam aliarum rerum minuantur. Atq; hæc oriuntur ex donationibus, aut legatis priuatorum ciuium, quæ prædicto Magistratui S. Georgii relinquuntur.

Pecuniæ hę optimè ducentis ab hinc annis administrantur, neq; quisquam nisi S. Georgii officiales ad consilia & deliberationes hanc ad rem pertinentes, admittuntur.

Ciuium Genuensium numerantur decem millia armatorum: & plures quidem habentur, nemo enim hic est qui non optimè armis sit instructus, & ad aliquam necessitatem paratus: sed hi tot habentur in numero.

In ambabus itidem ripis numerantur decem millia, & plures etiam, qui omnes optimi nautæ ac epibatæ censentur.

Numerus & nomina præcipuarum familiarum Genuensium.

Sunt ibi Centuriones, Lomelini, Spinolæ, Doriæ, Pallauicini, Cibi, Iustiniani, Teruarii, Sauli, Arearii, Marini, Cattanei, Nigri, Siluii, Grilli, Imperiales, Promontorii, Nigrones, Vsodamari, Pinelli, Calui, Franchi, Itaboni, & Freschi.

E quibus quadringenti eliguntur consiliarii, Dux vnus, octo Procuratores, & octo Gubernatores.

Atque hæc sunt quæ hac vice de Genuensi Dominatu & gubernatione dicenda occurrebant.

I EL.

DELLA CONTROVERSIA CHANNO LE TERRE HANSEATICHE CON LA REGINA D'INghilterra.

DE CONTROVERSIA INTER CIVITATES HANSEATICAS ET ANGLIÆ Reginam.

SI vede quanto è grande la Lega Hanseatica & quanto sieno stimabili le sue forze, tuttauia credo, che sieno molti in Italia, anco di quelli, che fanno professione di saper molto, li quali non habbino mai vdito il suo nome, è pure ella è così vicina, & in paese, oue e molti prattticano, considerarsi quante cose ci deuono esser occulte delle più lontane, & meno importante, & quanto conuenga leggere, & inuestigare à chi desidera sapere, come stà il modo, la quale io stimo, che cauatane la cognitione delle cose sacre sia la più vtile, & più dilettieuole scienza, che possa dar ornamento ad vn Gentil' huomo, perche con questa si reggono tutte gli studii della pace, e della guerra.

Li Priuilegi, che dissi essere stati concessi da Henrico III. Rè d'Inghilterra alla Lega Hanseatica furono confirmati, & amplificati dapoi da tredici Rè, che li succedettero, conoscendo tutti quando li mettesse conto tenersi la Lega amica, e che da quella deriuauano le principali rendite della sua Corona, come stà chiaramente testificato in alcuno di quelli priuilegi.

E pero è verò, che oltre la gabella d'vno per cento consentirono alcuna volta gli Hanseatici in qualche poco d' accrescimento, e di grauezza di più. Ma dapoi che cadde il Regno nella Regina Maria sorella di sangue, ma non di fede, è di costumi di questa c' hoggidì regna, & ch' ella hebbe per marito il Re Filippo di Spagna di sempre gloriosa memoria, non sò per cui consiglio fù senza cercare consenso altrui, & senza altra communicatione inalzata in vn subito la gabella à gli Hanseatici dall' vno fino à venti per cen-

QVanta sit Liga aut confœderatio Hansearica, quantæque eius vires, satis apparet: Indubium tamen est, multos in Italia esse, etiam ex illis qui multam rerum profitentur scientiam, quibus ne nomen quidem eius sit cognitum, quamuis tam sit vicina & in loco in quo tam crebra sunt commercia. Vnde cogitari potest quanta etiam remotiorum & leuiorum debeat esse ignorantia, quantumq; legere ac inuestigare conueniat illum qui rerum mundanarum cognitionem desiderat. Quod ego solis exceptis sacris, præcipuum ac iucundissimū studium, summumque hominis nobilis ac politici in primis ornamentum pute: vtpote qua omnia belli pacisque continentur ac reguntur negotia.

Prima autem priuilegia ab Henrico III. Angliæ Rege Hanseatico fœderi concessa, à tredecim regibus eius successoribus postea confirmata fuerunt omnibus perpendentibus quanti momenti ipsis esset si Ligam hanc amicam haberent, tanquam à qua præcipui Coronæ suæ prouenirent reditus, quemadmodum vel ipsi in quodam priuilegio testantur.

Vt autem ad rem veniamus: Consenserunt quidem aliquando Hanseatici in aliqua præter centesimæ vectigal, minora onera, aut portoriorum incrementa. Posteaquā autem Regnum Mariæ, eius quæ nunc regnat sanguine quidem, sed non fide & pietate soror, Regis Hispaniæ Philippi gloriosę semper memoriæ vxor, adepta est, nescio quo consilio, absque vllo aliorum consensu aut communicatione, vectigal illud à centesima vsque ad quintum auctum sit. Quod quam ni-

to, il che ſi può ben credere quanto paruè ſtrano, maſſime in tempo, che quaſi tutto'l traffico loro conſiſteua in Londra, poiche l'altre piazze principali del loro commercio erano ò del tutto abbandonato, ò reſe meno frequenti. Nouogardia s'era tralaſciata del tutto molti anni prima per la tirannide del Moſcouito, il quale ſdegnato, ch'vn ſuo ſubdito, ch'era Pancio in Reualia foſſe ſtato abbrucciato per hauerſi carnalmente, ò beſtialmente meſcolato con vna Vacca, e recandoſelo ad affronto proprio, & à diſpreglo della ſua natione, imprigionò per vendetta, ò per colera tutti gli Hanſeatici, che reſideuano in Nouogardia, facendone tagliare a pezzi la maggior parte, & arreſtando inſieme le loro mercantie. Et ſe bene alcuni meſi dapoi pentito dell'errore, & accorto del danno, che riceueriano gli ſuoi Stati col deſiſtamento di quel commercio liberò li prigioni, & reſtituì le robbe, non volſero però eſſi ſtare più à diſcrettione di Prencipe così Barbaro, & leuarono quella prattica del tutto, la quale, quando vi fu poſta Nouogardia era Città libera, & ſi gouernaua in forma di Republica, che poi andò in ſoggettione del Moſcouito. Poco anco ſi traſſicaua più in Berga di Noruegia, dapoi, che il Rè di Danimarca, nello ſtretto del Sund (che ſtà ſotto il Promontorio Cimbrico tante volte nominato tra Elſenor, & Elſemburg) haueua con vna nuoua & ſofiſtica interpretatione accreſciuto di molti doppi il Datio, il quale prima era d'vna roſa nobile, che importa intorno à quattro Ducati per Vela, & Vela s'intendeua la Naue, ma il Rè di Dania ordinò, che tanto roſe nobili ſi riſcuoteſſero, quante erano le Vele in Ciaſcuna Naue, & poi ſeparatamente, anco per le mercantie, con che reſtauuano troppo aggrauati gli Hanſeatici, non potendo far di meno le naui, che vengono di Liuonia, di Pruſſia, e di Vandalia, che ſono propriamente le Oſterlinghe ſituate dentro del Promontorio Cimbrico di non paſſare per lo ſtretto ſopranominato del Sund, dal quale hà cauato il Rè di Dania gli anni adietro in quel gran concorſo di grani infinito teſoro, & caua d'ordinario molte più, che di tutti li Regni, e gli Stati ſuoi. Il terzo mercato d'Anuerſa, oue egli era ſtato traſferito di Burges l'anno 1566. era medeſimamente in gran parte impedito per le guerre di Fiandra, onde la ſomma del traffico s'era accumulato verſo Londra, e però venne la Regina Maria à conoſcere più facilmente quanto grande vtilità le apportarebbe quell'accreſcimento.

Alla prima mentione del quale mandarono gli Hanſeatici ſuoi ambaſc. lamentandoſi dell'innouattione, & ſupplicando d'eſſer mantenuti nel

rum & inexſpectatum Hanſeaticis acciderit, quilibet facile cogitare poteſt: eo præcipue tempore quo omnia ipſorum commercia Londinum delata eſſent, aliis eorum locis aut prorſus relictis, aut minus frequentibus. Nouogardia enim iam per aliquot annos relicta erat propter Moſcouitæ tyrannidem, qui indignatus, ac ad propriam referens contumeliam, quod ex eius ſubditis quidam qui horrendo cum vacca coitu ſe polluerat, ad ignem condemnatus eſſet, in vindictam omnes Hanſeaticos ibi repertos cœpit ac pleroſque occidit, & merces eorum arreſtauit. Et quamuis poſtea errorem admiſſum, ac hinc ſuis ditionibus prouenicns damnum ſentiens, captiuos in libertatem, & merces reſtituiſſet, noluerunt tamen ipſi tam Barbari ac crudelis Principis fidei ſe committere, ſed totum illud commercium reliquerunt. Erat autem Nouogardia, cum primum eo commearent ciuitas libera, quæ ad Reipublicæ formam gubernabatur, ſed poſtea à Moſcouita ſubacta ac in ſuam poteſtatem redacta fuit. In Berga etiam Noruegiæ ciuitate commercia ipſorum comm nuta ſunt, poſtquā Daniæ Rex in freto Cimbrico (quod ipſi Sund vocant ac inter Elſenoram & Elſenburgum) noua quadam ac ſophiſtica interpretatione portorium valde auxit. Pro vnica enim Roſa nobili, moneta aurea, quæ quatuor æſtimatur ducatis argenteis, quæ pro velo pendebatur (veli autem vocabulo nauis intelligebatur) tot tales monetas exegit quot in naui eſſent vela, ac poſtea quoque de mercibus ſeorſim erat ſoluendum vectigal: vnde ita grauati Hanſeatici ab eo commercio deſtiterunt. Nec minus facere potuerunt illæ naues, quæ è Liuonia, Boruſſia & Vandalia veniunt, quæ proprie Oſterlinghæ ſunt intra Promontorium Cimbricum ſitæ, qua vt fretum illud vitarent, neque an plius illac vela facerent. Ex eo autem Portorio Daniæ Rex præteritis annis in magno illo frumentorum commercio immenos percepit theſauros, quemadmodum & in hodiernum vſque diem prouentus hinc maiores ſunt, quam reliqui ex toto regno prouentus. Tertius autem eorum Mercatus, Antuerpia nimirum, quo Burgenſia tranſtulerunt negotia anno 1566. maxima ex parte impediebatur bellis & moribus Belgicis, vnde maximus eorum neruus Londinum in Angliam conuerſus eſt. Atque hinc animaduertit Regina Maria, quantum ſibi ex eo incremento aut vectigalis augmento, lucri accederet

Ad primum autem eius nuntium, legatos ſuos ad eam miſerunt Hanſeatici, qui de hac nouatione conquererentur, petentes vt in veteribus relinquerentur conuentionibus, quibus & ipſa

Regina

loro antico accordo, quale dalla Regina medesima nel principio del suo gouerno era stato confermato ad essempio de' suoi precessori. Il Rè Filippo, ch' era in quel tempo in Inghilterra s' offerse mediatore del negotio, & pareua, che fosse per accommodarlo con qualche temperamento, è che il salto subitaneo dall' vno alli venti per cento fosse stato fatto con arte, affine di mettere poi in conto di beneficio la diminutione, che se ne poteua fare sin' alli sette ò otto; ma prima, che si concludesse passò la Regina Maria à miglior vita, & il Rè se ne tornò in Ispagna, onde le cose restarono nell alteratione, & confusione cominciata

Alla presente Regina supplicarono gli Hanseatici tosto, ch' ella fu posta in sedia della confirmatione de' suoi priuilegii, dalla quale furono da principio trattenuti con belle parole, & vane speranze, perche intanto essendo resa meno frequente la nauigatione de gli Hanseatici, s' andò trouando per le lane, che sano la principal mercantia d' Inghilterra, altro compenso con molto maggior vtilità della Corona, e de' suoi popoli. Perche a' due Collegii di mercanti l' vno chiamato di Stapularii, l' altro d' Auenturarii si commise il negotio in modo che per mano delli primi passauano tutte le lane, & delli secondi tutti li panni, non senza sospetto di Monopolio, & che l' interesse principale fosse della Regina. Quei collegii, ò compagnie di Mercanti credo però, che fossero instituiti molto prima, ne hò trouato l' origine, nè la causa di quei nomi, ma vado pensando, che li stapularii, si chiamassero così dallo stare fermi nel Regno, & gli Auenturarii dall' andare cercando fuori la ventura, sia come si voglia mentre gli Hanseatici stauano con speranza di venire à capo delle loro pretensioni, e credeuanno di ruinare l' Inghilterra col non frequentare quella nauigatione, diedero occasione à maggior industria, e maggior accrescimento di ricchezze nel Regno, perche comminciarono li medesimi Inglesi à destrarsi piu alla marinanezza, nella quale sono poi riusciuti superiori à gli Hanseatici, e à tutte l' altre nationi del mondo, tanto per la qualità de' vasselli, quanto per l' e[illegible]nza de' marinari, & per l' ardire de' Capitani, onde hauemo sentiti nominare in questi vltimi tempi il Drago famosissimo Ar[illegible], & Riccardo Campouerde suo nipote [illegible] hà bastato l' animo di scorrere, & [illegible] più d' vna volta l' Indie Orientali, & Occidentali, & di circondare anco il [illegible], come con vna cintura si cinge vn' [illegible].

[illegible] ben poco dapoi per le lamentationi de

Regina in Regni sui ingressu subscripsisset, ad antecessorum suorum imitationem. Et Rex quidem Philippus, offerebat se in hoc negotio mediatorem, videbaturque leui id aliquo temperamento compositurus, ac putabatur subitaneus ille ab vno ad viginti saltus, arte inuentus, vt succedens diminutio haberetur pro beneficio, ac vt tanto facilius, ad septem aut octo pro centum consentirent, sed antequam quicquam efficeretur obiit Regina, & re infecta Philippus in Hispaniam rediit. Mansit itaque negotium eo in statu ac confusione.

Quamprimum autem præsens Regina in Regium thronum collocata fuit, adsunt rursus Hanseatici, priuilegiorum suorum confirmationem petentes. Sed speciosis aliquandiu lactati verbis, promissis & spe vana. Interea vero diminutis & minus frequentibus illorum nauigationibus, aliud inuentum est quoad lanam, quæ præcipua eius regni merx est compendium, & coronæ & subditis eius longe vtilius. Duobus enim mercatorum collegiis, quorum alterum stapulatiorum, alterum vero Venturariorum dicebatur, commissum est negotium, vt illi lanas omnes, hi vero pannos distraherent, non absque monopolii suspicione, cuius præcipuum lucrum ad Reginam perueniret. Puto autem ea mercatorum collegia iam dudum fuisse instituta, non tamen eorum indagare hactenus potui originem, neque causam aut rationem illorum nominum: verum coniecturam tantum facio, stapularios dictos, quod in Regno perpetuo maneāt, ac omnes merces recipiant, quod Staepel Belgæ vocant, à quibus nomen mutuati videntur. Venturatii autem dicuntur ideo quod foras profecti auenturus (Gallicum est vocabulum) hoc est fortunas suas quætens. Vt vt autem sit, dum Hanseatici sperant se ad finem suæ prætensionis breui peruentutos, ac magno Angliam damno affecturos si illam intermittant nauigationem, maiorem in eo regno excitarunt industriam, vnde & maius tam commerciorum quam diuitiarum in eo cœpit incrementum. Nam ab eo tempore Angli maiori diligentia & cura in res maritimas ac nauales incubuerunt, atque adeo vt vel ipsis Hanseaticis ac aliis nationibus ea in re hodie præferantur, tam nauium commoditate quam nautarum experientia & Capitaneorum animositate. Hinc Draconis celeberrimi nauarchæ & Richardi Campiuiridis eius nepotis nostra ætate audiuimus nomina, qui aliquoties vsque ad Indias Orientales excurrere ausi, totum mundum tanquam cingulo circumdederunt.

Et

Hanſeatici furono gl' Ingleſi l' anno 1568. cacciati fuor della Fiandra, cioè, della parte, oue dominaua il Re di Spagna, nondimeno s' induſtriarono d' annidarſi in altre parti ſempre con auantaggio della loro negotiatione, la quale (oltre, che gli rimaſe ſempre libera in Francia, in Olandia, & in Zelandia) inſtituirono anco in Embden Città opportuniſſ. nella Friſia Orientale con porto ſicuro, & capace, nel quale sbocca il fiume Eems, oue apportarono à quei Cittadini sì fatte commodità, & ricchezze, che quelli d Hamburg, c' haueuano ricuſato di ritenerli nella ſua Città, ſe ben ella èra le principali dell Hanſa, nondimeno cominciarono a deſiderarli, e gli diedero luogo di reſidenza, dal quale poi ſi ſparſero in diuerſe parti della Saſſonia, & indi in Pruſſia, hauendo ottenuta reſidenza in Elbinga. Et tutti queſti erano de gli Anuenturarii, ò Venturieri, & viueuano con le medeſime regole mercantili, ma non arriuarono li Venturieri ſolamente alla Pruſſia, che col deſiderio di reportare ricchezze anco dalle più lontane parti, ſi diſteſero più oltre, alzandaſi verſo l Polo ſopra la Noruegia, e trapaſſando quella, la Lapponia, doue trouando Cola Citta de' Lapponi ariuarrono al mare Bianco, al porto di San Nicolò, oue ſta la Citta di San Michele, da altri chiamata la Citta d' Arcangelo, & altre Terre ſoggette all' Imperio Moſcouitico, alle quali col beneficio de' fiumi reali Onega, Ruina, & Pinego, & altri minori, che tutti ſi ſcaricano in quel ſeno, concorrono gia in parte le mercantie, ch' altre volte ſoleuano far famoſo il mercato della gran Nouogardia, onde ne riportano gl' Ingleſi emolumenti notabili. Et gia s' è cominciato vedere a Vinetia ciaſcun' anno almeno vna naue da quelle parti, che vi porta pelli fine, cuori di buoi, ſeui, peſci ſalati, mele, cera, & altre merci di molta valuta. Non s' intende però, che il traffico ſia fatto per ancora così grande, che metta conto il mandarui molte naui, ouero forſe non ſi fidano gl' Ingleſi d' intereſſarſi con capitale più importante con la barbarie Moſcouitica, ouero perauuentura il freddo grande, che vi ſi patiſce, (per che arriuano ſopra gli ſeſſanta gradi verſo la Tramontana) non permette che vi ſi attenda più che tanto.

Hanno però gl' Ingleſi con quella nauigatione dato gran danno, & forſe anco geloſia al Re di Danimarca, a cui è ſottopoſta la Noruegia, onde ha penſato più volte allo impedimento ma non ha trouata la ſtrada, ne per via di negocio, ne per via di forza, hauendo gia gl' Ingleſi acquiſtato troppo credito, eſſendouiſi radicati, homai per più ſpacio di quaranta anni.

Ma quel viaggio è ſtato cauſa di eccitare in al-

Et quamuis paulo poſt anno videlicet milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, ꝓpter Hanſeaticorum querelas, Angli, Belgio, ea nimirũ parte q̄ Hiſpaniæ Regi ſuberat, prohibiti, in aliis tamen locis magna induſtia nidulari conati ſunt, ac ſemper cum ſuæ negotiationis cõmodo: quam etiam (præterquam quod ſemper ipſis in Holandia, Zelandia, & in Francia libera manſit,) Embdam Friſiæ Orientalis ciuitatem opportuniſſimam, portu ſecuro & capace in quem Amiſia fluuius ſe exonerat, vſque extenderunt, tanto ciuium eius fructu & emolumento, vt Hamburgenſes ex Hanſeaticis non poſtremi, qui antea eos apud ſe retinere noluerant, eos vltro inuitarint, dato etiam reſidentiæ loco, ex quo ſe deinde in diuerſas ſparſerunt Saxoniæ regiones; ac inde in Boruſſiam, vbi etiam in Elbingenſi ciuitate reſidentiam habent. Atque hi omnes Venturarii erant, qui hæc exercebant commercia; nec in Boruſſiam ſaltem diuitiarum è longinquo colligendarum deſiderio penetrarunt, ſed & longius progreſſi verſis Arcticum polum, præternauigata Noruegia, Finmarchia, Thiarmia & Laponia, vſque ad Mare Album & portum S. Nicolai, vbi S. Michaelis eſt Ciuitas, quam Archangeli vocant, aliaſque Moſcouitico Imperio ſubiectas regiones peruenerunt; ad quas magnorum fluuiorum Onegæ, Ruinæ, Pinegæ, & minorum quorundam beneficio, qui omnes in eum ſe exonerant ſinum, deuoluta ſunt ea commercia, quibus magna illa Nouogardia quondam celebris erat, magno cum Anglorum lucro. Et iam Venetiis etiam ad minimum vna quotannis viſitur nauis, quæ ex illis regionibus adfert pelles pretioſas, boum coria, ſeuum, ſalſamenta, mel, ceram, ac alias eiuſmodi merces. Non tamen ita auctum eſſe illud commercium putandum eſt, vt multis ad id opus ſit nauibus, nec forte maioribus ſe audent Angli cum Moſcouitica barbarie miſcere contractibus, aut fortaſſis propter ingentia quæ ibi perferenda eſſent frigora (vtpote vltra ſexaginta gradus verſus ſeptentrionem progreſſi) non diutius ibi hærere audent.

Magno interim damno, (aut forte Zelotypia quadam) Angli Daniæ Regem, cui Noruegia ſubeſt, affecerunt: vnde aliquoties eos impedire tentauit, ſed neque dehortationibus, neque vi etiam quicquam profecit, nimis enim eorum ibi creuit potentia, & iam vſque ad quadrageſimum annum ita confirmati ſunt, vt nulla ſpes ſit eos impediri poſſe.

Excitauit tamen hæc Anglorum nauigatio in aliis

tri vno pensiero di più ardita impresa, cioè, di potere passare per quella via tutto il Mare Tartarico, con arriuare allo stretto d' Anian, che stà tra l' America, & il Cattaio, affine di penetrare con più breue camino alli ricchissimi mercati dell' India, & perturbare tutte le facende de' Spagnuoli, al quale fine fecero gli Hollandesi quattro anni sono vn conato memorabile, nauigando oltre la nuoua Zembla sino ad vn' Isola, che chiamarono VVaygath, con parola Illirica, ò Rutenica propria di quel paese, che significhi luogo Vadasile, oue nella terra verso la Tramontana, che staua fino alli sessanta sei gradi, & mezo, non ritrouarono vestigio d' huomini, ma in vn luogo raccolta grande di Legnami alla riua d' vn fiume, che pareuano tagliati per fabricare qualche armata, ma vinti dal gran freddo, essendo restata la naue, che arriuò tanto oltre circondata dà ghiacci dieci mesi interi, & altre due Conserue diuise in diuerse parti senza sapersene nuoua, si risolsero gli huomini di ritornare al meglio, che poteuano verso la Patria, come fecero, superando difficoltà inestimabili, & incredibili, le quali se bene pare, che à loro non habbino troncata affatto la speranza, & che sieno per tentar di nuouo quel passaggio, credo però che à Spagnuoli habbino leuata la paura di poter da quella parte riceuere trauaglio alcuno.

Hor tornando al nostro proposito mentre gl' Inglesi attendeuano à fatti loro, & à dilatare il commercio per le parti vicine, & lontane accorgendosi gli Hanseatici, che in tanto essi veniuano à perdere da tutte le parti, & che seco si procedeua con artificio dannoso, lasciarono di negociare più con la Regina per la confirmatione di priuilegij, & si volcarono verso l' Imp. ad agitare di giustitia, accio essendo eglino membri dell' Imperio non si tolerasse vn tanto pregiuditio, pretendendo, che la Regina fosse tenuta ad osseruare quel che gli suoi maggiori haueuano conceduto non di pura gratia, ma in compensa de' seruitij riceuuti, & de' danari deuuti, poiche tra gli quattordici Rè, c' haueuano confirmati quei priuilegij era stato Edoardo IV. col quale haueuano gli Hanseatici hauuta lūga guerra, & in fine intorno all' anno 1460. s' era fatta la pace in Mastrich, oue il Rè s' era confessato debitore à gli Hanseatici di ducento lire di Sterlinghi, la qual somma fu da loro condonata al Rè con patto, che per sè, & per gli successori suei prometesse di mantenergli li suddetti priuilegij, la quale cōuentione fu anco approuata in Londra nel parlamēto di tutti gli Stati, & poi cō la medesima conditione, che era in forma di cōtratto fu confirmata da Riccardo III. da Henrico VII. Henrico VIII. & dalla medesima Regina Maria che di mano in mano successero ad Edoardo IV. Il che faceua la pretensione tanto più honesta, & giusta.

alijs audacioris cœpti desiderium, nimirum, vt enauigato toto illo Mari Tartarico, ac freto Aniani, quod inter Americam & Cataium est penetrato, breuiore itinere ad ditissimos Indiæ mercatus peruenirent, & omnem ibi Hispanorum negotiationem interturbarent. Quod etiam ante quatuor annos memorabili conatu tentarunt Hollandi, qui Nouam Zemblam prætervecti, ad insulam Waygats, Illyrico aut Ruthenico vocabulo, quod vadabilem significat, peruenerunt. Vbi in continente ad sexaginta gradus cum dimidio versus Septentrionem, nulla hominum inuenerunt vestigia, sed saltem in loco quodam in cuiusdam fluuij ripa, magnam lignorum struem, quasi ad classem fabricādam paratam. Sed nimio territi frigore, quod per decem menses continuos varia fortuna tulerunt, relicta naui congelata, duabus scaphis incredibilibus superatis difficultatibus, in patriam tandem redierūt. Quo quamuis non deferbuerit ille calor, neque sublata ipsis omnis spes sit propositum illud perficiendi, neque dubium quin de nouo tentaturi id sint: non tamē puto Hispanos vsque adeo timere, ne ab illa parte aliquid detrimenti patiantur.

Vt autem ad nostrum redeamus propositum: dum Angli ita suarum rerum satagunt, & commercia sua tam in remotis quam in vicinis locis dilatant; Hanseatici videntes sua vbiq; imminui, ac fraudulenter cum ipsis agi, de priuilegiorum confirmatione cum Regina agere destiterunt: ac ad Imperatorem conuersi iure agere cœperunt, petentes vt tanquam imperij membra in tanta iniuria defenderentur, teneri Reginam ea seruare, quę eius prædecessores concessissent, non ex mera gratia, sed in compensationem seruitiorum præstitorum, & pecuniarū mutuò datarum. Nam inter quatuordecim illos Reges, qui ea confirmarunt priuilegia, fuisse Eduardum IV. cum quo Hanseatici diuturnum gesserunt bellum: ac tandem anno 1460. pace Vltraiecti facta, ac Rege se Hanseaticis ducētas libras Sterlingas debere fasso: summam eam ipsi remiserunt ea conditione & pacto, vt pro se ac suis successoribus promitteret, eorum priuilegiorum ratam conseruationem. Quę conuentio postea Londini, in omnium Regni statuum conuentu, quem Parlamentum vocant, confirmata fuit. Postea vero eadem conditione, ac in contractus forma à Richardo III. Henrico VII. & ab ipsa Regina Maria, Eduardi IV. successoribus ratificata fuit, quod etiam petitionem tantò honestiorem & iustiorem faciebat.

Atque hoc modo causa hæc agitari cœpta est. Ac Imperator primum amicis & benignis admonitionibus cum Regina egit, intercedens ac monens, ne Hanseaticis id denegaret, quod summo

Così dunque s' attacco il contraſto, & li primi officii dell' Imperatore fureno verſo la Regina d' eſſortatione, & amoreuole inſtanza, che non denegaſſe à gli Hanſeatici quello, che loro venina di giuſtitia, à che la Regina riſpoſe vna, & piu volte corteſemente, & con belle parole, ſcuſandoſi, che ella non faceua à gli Hanſeatici torto veruno, nè innouaua con eſſi loro alcuna cola, ma gli laſciaua nello Stato, nel quale li haueua trouati, & nel quale erano ſtati poſti della Regina Maria ſua ſorella come s' è detto di ſopra ſino dall' anno 1558. Ma continuando ogni di più le lamentationi della Lega, & ſentendoſene querele per tutto l' Imperio, la Regina reputandoſi offeſa di queſto, & dell' eſſere ſtata denegata da gli Hamburgenſi la prorogatione della reſidenza de' ſuoi, in luogo di ſolleuargli publico vn nuouo decreto l' an. 1578. per vigor del quale dichiarò, che gli mercanti d eſſa Lega ſi teneſſero eguali in tutto à gli altri foreſtieri ſenza più memoria di priuilegii, ò d' eſſentioni, che tutti ſi riuocarono, & da poi anco con nuoui decreti prohibì à tutti gli foreſtieri, co' quali andauano incluſi gli Hanſeatici il traffico delle Lane nel ſuo regno, con che s' accrebbero ad eſſi fuor d ogni miſura gli aggraui, ne poteuano accordarſi alla procuratione di qualche gagliardo rimedio, perche gia molte Città della Lega ſedotte con eſca di groſſi auanzi, à che s' era dalla Regina atteſo con grand' artificio, fauoriuano quella parte, onde le veniuano gli emolumẽti certi & la Regina conſcia della diſunione da lei ſtudioſamente procurata procedeua nella cauſa ſempre più inſolentemente maſſime doppo che ſi ſtrinſe cõ gli Hollandeſi, & Zelandeſi, & riduſſe ne ſuoi proprii ſtati le coſe maritime à maggior potenza, & riputatione. Tirar no all' incontro li Collegati alla difeſa delle pretẽſioni loro in queſto tempo il Re Catolico, monſtrando à Sua Maeſta, che per queſta via la Regina cauaua il polſo, ò il neruo, col quale metteua poi ſottoſopra il mondo, fomentando i ribelli di Fiandra, aſſaltando la Spagna, & corſeggiando fino nelle Indie, & facendo argumẽto dell vtile, che le poteua deriuare, da quello, che ne' medeſimi priuilegii de' Repaſſati, ſi diceua, che ne gli emolumenti, che ſi riceuauano da gl' Hanſeatici conſiſteua la principale rendita della Corona, & queſto in tempo, che non ſi pagaua le gabelle ſe non al vno per cento, che doueua dunque eſſer dapoi, che quell vno per cento era ridotto à venti.

Et doppo che il traffico, che ſoleua diuiderſi nelle quattro Piazze narrate di ſopra, Nouogardia, Berga, Bruges, & Londra, s' era quaſi tutto voltato à Londra ſola per le cauſe accennate. Che il poco conto, che teneua la Regina d' accommodare il negocio, ſapendo di poterlo fare à ſuo gran vantaggio, riducendo la gabella, a ſette otto, & forſe,

ipſis debebatur iure. Cui Regina aliquoties valde humaniter reſpondit, excuſans ſe, quod nulla Hanſeaticos affeciſſet iniuria, neque quicquam cum ipſis innouaſſet, ſed in eo ſtatu reliquiſſet in quo eos inueniſſet, ac reliquiſſet eius ſoror Maria (vt ſuperius diximus) ab anno 1558. Auctis autem indies Hanſeaticorum querimoniis, ita vt per totum eæ audirentur Imperium; Regina iis ſe offenſam reputãs, propter denegatam ſuis Hamburgi reſidentiæ prorogationem, ſubleuationis loco nouum anno 1578. publicat decretum, quo declarabat confœderationis illius mercatores eodem modo & loco cum omnibus aliis peregriuis habendos, abrogata omni priuilegiorum & exemptionum memoria: Et poſtea nouis decretis omnibus peregrinis, quibus etiam Hanſeatici comprehenſi erant, lanæ commercio in ſuo regno interdixit; quibus illi vltra modum grauati, non poterant inter ſe conuenire de inſigni aliquo adhibendo remedio. Multæ enim huius Ligæ ciuitates, magnis emolumentis ineſcatæ (quod etiam Regina magno artificio procurauerat) in eam inclinabant partem, vnde certa ſua ſperabant commoda. Vnde Regina diſcrepantiam hanc præſentiſcens, indies inſolentius in ea cauſa procedebat: & maxime poſtquam ſibi Hollandos & Zelandos fœdere iunxit, atque in propria quoque ſua ditione rem naualem potentiorem & celebriorem vidit.

Collegiati ab altera parte ad ſui, ſuarumque prætenſionum defenſionem Regem Catholicum attraxerunt, monita eius Maieſtate, Reginam hoc modo pulſum & neruum ſibi parare, quo poſtea totum hunc mundum turbare, atque omnia in eo inuertere poſſet, rebelles in Belgio foueret, Hiſpaniam tentaret, & vſque in Indiam Piraticam exerceret: Lu[illegible] & vtilitatis quæ ad eam perueniebat argumento ſumpto, ex eo quod in præteritorum Regum priuilegiis dicebatur, nimirum quod præcipui Coronæ reditus conſiſtant in emolumentis, quæ ab Hanſeaticis percipiantur: Quod ſi ita fuiſſet, cum cẽteſimam ſaltem penderent, quid nunc ſentiendum ſit, cũ quinta (aut viginti pro centum) exigãtur: Quid autem ad eam ſit peruenturũ, poſteaq̃ negotiatio antea in quatuor loca (vt ſupra diximus) diuiſa, Nouogardiã ſcilicet, Bergam, Brugas & Londinum, nunc omnis Londinum deriuata ſit: Item quod Reginæ in conciliando hoc negotio remiſſio, cum tamen maximo ſuo commodo id faciſſe poſſet facere, vectigali ad ſeptem aut octo, aut forte etiam ad decem pro centum reducto; cogitandi ſufficientem præbeat occaſionem vtilius ipſi eſſe, ſi ita in medio illud relinquat. Item Regem ad Ligæ defenſionem eſſe obligatum, quia multæ ipſius ciuitates in ea comprehenderentur.

Item

checi per certo, daua da pensare, che più vtile le tornasse il tenerlo così in pendēte. Che il Re era tenuto à proteggere la Lega, poiche molte delle sue Citta si comprēdeuano in essa. Che col necessitare la Regina all' accordo giusto se le torria parte di quel danaro, che ella abusaua à trauagliare i Prencipi Christiani, ò corrompendola seco affatto si verria à priuarla di molte cose necessarie per le sue armate, & per altri bisogni domestici, per che l' Inghilterra manca di Pece, di Canape per le Funi, & per le Vele, di Lino, d' Acciaio, d' Arbori da Naue, di Cera, & di legnami da Fabriche, ne altr.nde si caua se nō col beneficio della Vistola per lo Mare Settentrionale c. n à iuti della medesima Lega. Che oltre di ciò non accettando la Regina honeste conditioni, & rompendosi seco affatto gli Osterlinghi, (che c si chiamere ancc io tal volta gli compagni di questa Lega) drizzariano tutte le nauigationi loro verso la Spagna per la parte del N.rt, ò della Tramontana, senza mettersi nel Canale d' Inghilterra, cue sono costretti di pagare grosso datio, & bene spesse impediti de' loro viaggi, ma lasciando l' Isola à mano sinistra, & circondando l' Orcadi si condurriano in Ispagna, come gia s' era c minciato ad vsare, se ben con più lungo giro però con più frutto.

Ne qui si ha da essere forastiero, perche non saprà mai conoscere e dentro quelle trappole, che sono proprie del Paese, come sapra vn paesano, & chi vuol pigliare vn ladro, adoperi vn ladrone; Auuertendo anco, che il processo non esca mai di Palazzo, ma quiui si tenga in vna Camera quel Dottore, fin che l' haurà visto, & referito. La sesta è sforzarsi d' antep rre per questo carico persone di buona vita, & di dottrina, se il Paese darà di questi frutti tanto rari per ogni parte, à chi professa quell' esercitio.

Trattansi anco cose di giustitia, da persone, che hanno dal Vice Re grande autorità, secondo l' occasioni, & principalmente in cose criminali, & coloro, che essercitano tal giurisditione sono chiamati Capitani d' arme, ciascuno de quali ha il suo Auditore, se esso non è Dottore.

Questi Capitani sono di tre sorti; La prima è di quelli, che sono deputati alla persecutione de banditi, li quali ordinariamente sogliono essere quattro, con buoni salary, & con tanti soldati Caualli, & ben pagati anch' essi.

La seconda è di quelli, che il Vice Re deputa ad tempus, per mandargli di legati per mettere in chiaro & gastigare qualche delitto successo.

La terza è quando il medesimo Vice Re manda vno de Patrimonio, & accio possa esseguire, gli da potestà di Capitano d' arme.

La quarta, quando per l' occorrenze della guerra da in gouerno le tre Valli, percioche il regno tutto è diuiso in tre Valli; Valdemona, che ha capo Messina; Valdemazzara, che ha per capo Siragosa: In ciascuna di queste Valli si manda vn Signore quando è sospetto di guerra, col numero determinato di Fanteria, & di Caualleria, con molta autorita ciuile & criminale, chiamansi Capitani d' arme ancora questi Signori ma se sono Grandi, come Duchi, ò Prencipi, gli honora il Vice Re, con titolo di Vicary.

Alli Capitani d' arme destinati contro i fuorusciti, diede il Duca di Medina tanta autorità, che facendo dell' insolenze, rapine, & aggrauij grandi, furono la principal causa della sindicatione, che venne, dalla quale tutti furono deposti, & casti-

Hac vsus est arte Garzias ab eo submonitus qui ipsius honoris & felicitatis erat cupidus: successitque feliciter. In secunda enim quam dedit audientia ad triremes ad quinquennium mandato Regio damnauit Messinensem quendam qui mendacio ipsum circumuenire voluerat. Qua seueritate multa bona constituit. Quamdiu enim in Regno fuit, nullus coram eo cum fraudulentis ambagibus comparere ausus est. Quarto si & in Consilio & vbicunque dabitur occasio, ostendat quam offendatur mendacio, & quanta cum seueritate sit castigaturus si quem in eo deprehendat. Quinto si semper, tam Præsidem quam Iudices excitatos & paratos teneat, ex improuiso aliquando in causis grauioribus ipsis mandet, vt processum aut acta adferant, ac curet vt reuideantur & referantur à persona perita, nunc huic, nunc illi hoc imponens officium, ne nimia vni autoritate concilieta, ad corruptionem detur occasio. Atque illi cui causa referenda dabitur: stricta est facienda inhibitio, ne vllo modo quisquam ab eo intelligat, acta ea sibi esse visa

Neque hic etiam peregrinus sit: vt qui nullo modo consuetas inter Siculos fraudes cognoscere aut discernere poterit. Facilius autem id faciet inquilinus, quemadmodum qui furem capere vult, fure vtatur necesse est. Insuper & hoc cauendum, ne acta illa Palatio efferantur: Sed in conclaui aliquo includatur ille Doctor, donec ea reuiderit ac retulerit. Sexto si curet vt ad hoc officium applicentur homines qui bonæ sint vitæ & famæ, ac eruditi, si saltem ea Regio tales ferat fructus, alicubi tam raros, inter eos qui hoc profitentur exercitium.

Tractantur etiam res ad Iustitiam pertinentes, a personis, qui particulari ad hoc autoritate, à Vice Rege secundum occasionem, præcipue vero in criminalibus ornantur. Ac illi quia talem exercent Iurisdictionem *Armorum* Capitanei dicuntur, quorum quisque suum habet Auditorem, si ipse non est Doctor aut Legum peritus.

Horum autem Capitaneorum tria sunt genera. Primum eorum est, qui ad proscriptorum persecutionem deputantur, quorum plerunque quatuor sunt, splendidis ornati stipendijs, ac certo equitum numero comitati, qui & ipsi sua habeant sufficientia stipendia.

Secundum est eorum quos Vice Rex ad tempus deputat, vt tanquam delegati aliquod admissum facinus inuestigent ac puniant.

Tertium est quando Vice Rex aliquem ex Patrimonio mittit ad executionem, & vt

tum

gati, seueramente con biasimo grande di chi si serui:a di loro, di modo che sarà sempre buon conseglio, legate à certo la temerità di questi, & credere che sono più graui, & più noiosi al Regno, che li fuorusciti stessi, se il Vice Re non li fa stare à segno, e si come dipendono immeditamente dal volere del Vice Rè tutte le persone, che s' eleggono per qual si voglia delle quattro specie di capitani d'arme detti di sopra, così anco riconoscono dalla mano del Vice Re gli aggrauij, che si fanno di quelli.

Ci sono oltre li sopradetti due altri Magistrati particolari molto ben muniti di priuilegij, Palermo, & Messina: questa ha il suo stratico fatto dal Re con li suoi Giudici con suprema autorità ciuile & criminale, quello ha il suo Prettore nelle cose ciuili, & il Capitano nelle criminali, & tra l' altre immunità loro li Cittadini non si possono estrahere da loro Tribunali, & s'una causa del Palermitano si troua nel gran Corte, resta poi alli Tribunali di Palermo se la corte parte di Messina, & questo medesimo si fa con Messinesi.

L'altro membro di giustitia, consiste nell' audienza, così publica, come priuata, che dal Vice Re, nell' aquale si spediscono molte cause sommarie, & de plano, come essi dicono. Questa audienza è il pane quotidiano di quel Regno, & la prima, & la perpetua tocca della prudentia, & dell' intelligentia del Vice Re, & principalmente in su' l principio del reggimento, per esser di grandissima importanza la prima impressione vniuersale.

Il remedio per non errar su' l principio è stare su le risposte generali finche si faccia ben capace dello stile del gouerno, perche s' è cosa criminale già introdotta nella gran Corte, & si supplica ispeditione nell' audientia, si comanderà, che si spedischi, se dimanda cosa toccante alli meriti della causa: la risposta, è che la gran Corte referisca, se il caso criminale è successo all' hora, & si viene à querelare al Vice Rè, risponda, che si piglino informationi, se dimanda vno sommario, & de plano, & in causa ciuile, dirò che vn Giudice ciuile referisca se pur è chiaro, che possi dare senza pregiuditio della parte. Quando sono crediti, & debiti, dica, che costando del debito si paghi: Quando si dimandano dilationi de pagamenti, che essi dimandano giuditiarij, che vn Giudice ciuile, referisca, se vengono richiesti redeundi, che vuol dire licentia di star fuori di carcere, con sicurtà, come infermo, se si teme di fraude, ò di fuga, ò d' altro impedimento alla giustitia, che vn Giudice criminale referisca, se son creditori, che voglion esser pagati dal Rè, che l' vfficio referisca, & s' intende l' vfficio del Patrimonio, la medesima risposta si fa à chi dimanda tratte particolari. A chi dimanda paga di mercede, & d'assignamenti solamente à

eum perficere possit Capitanei Armorum ei potestatem dat.

Quartum est, cum in bellorum occurrentijs tres Valles aliquibus gubernandas commendat. Totum enim Siciliæ Regnum in tres Valles diuisum aut distinctum est: nimirum Valdemona quæ Messinam pro capite habet: Valdemazara, quæ Siracusas habet pro capite. In harum quamque mittitur Gubernator si belli aliqua est suspicio, cum certo tum equitum tum peditum numero: magna eis concessa, tam in ciuilibus, quam in criminalibus autoritate. Vocantur & hi Capitanei Armorum, sed si Magnates sunt, nimirum Duces aut Principes, tum eos Vice Rex Vicariorum honorat titulo.

Capitaneis Armorum contra præscriptos destiuatis tantam dederat Medinæ Dux potestatem vt ea abutentes ac diuersas rapinas aliaque grauamina exercentes, causam Syndicationi quę postea ei superuenit dederint, qua & ipsi remoti ac insuper grauiter castigati fuerunt, non sine illius ignominia cuius eorum vsus erat opera. Optimum itaq; erit, vt talium hominum coherceatur & estringatur temeritas, ac certo statuatur, futuros alias vel ipsis proscriptis regno grauiores. Et quemadmodum immediate a Vice Regis arbitrio omnia personarum ad prædictos Armorum Capitaneatus dependet electio, ita etiam Vice Regi omnia imputantur, quæ ab ipsis proueniunt grauamina.

Sunt & alij duo, præter prædictos, magistratus particulares, priuilegijs suis optime muniti, nempe Palermus & Messina. Hæc suam habet curiam ordinatam à Rege cum suis iudicialibus qui supremam habent autoritatem & in ciuilibus & in criminalibus. Illa habet Prætorem in ciuilibus, & Capitaneum in criminalibus. Inter alias autem immunitates est & hæc, quod eiues non possunt extra sua conueniri Tribunalia: et si causa aliqua Palermitani alicuius pendet in Magna curia, redit ea ad Palermi curiam, si Magna Curia è Messina recedat, quod etiam fit de Messinensibus.

Alterum Iustitiæ membrum consistit in Audientia, tam publica, quam priuata quam dat Vice Rex, in qua multæ causæ summariæ & de plano, vt ipsi vocant, expediuntur. Hæc audientia est quasi panis quotidianus eius Regni, & prima ac perpetua probatio Prudentiæ & intelligentiæ Vice Regis, ac præcipuè in Regiminis initio, vbi prima impressio maximi plerunque est momenti.

Remedium autem ne in principio aliquis admittatur error, est si generalibus insistatur responsis, donec plena ac sufficiens styli eius regi-

minis

particolari soldati al Vice Rè, per recuperare le paghe, se gli risponde, che se gli faccia il suo conto, & stando su questi vniuersali si fuggiranno gli inconuenienti delle nouità.

Ci è il Sacro Regio Consiglio, doue interuengono tutti gli vfficiali della gran Corte, & del patrimonio, & tal volta il Mastro di Portulano. Questo si ragun a per cause ardue, quando la Corte sola, ò il solo patrimonio posson esser sospetti, ò quando il Vice Rè vuol procedere con maggior cautela, & giustificatione in qualche particolare cancheroso, quando per l' occasioni della guerra s' ha da fare qualche gagliarda prouisione, & quando il Vice Re vuol buttare qualche causa nel pozzo di San Patritio.

Il Tribunal del Patrimonio ha da tener conto dell' intrate reali, & quanto all' introito, & quanto all' esito, l' introito è sempre incerto, per la varietà delle tratte, pur' l tempo mio, si calculaua trecentò mila scudi, cento mila l' vn' anno per l' altro le tratte de frumenti, cento mila il peso, & merce, cento mila Ponti, & fabriche, decime, & tari, insieme con le Dogane, che in Sicilia, chiamano secretie.

Ci sono li straordinarij, come dire confiscationi fatte dalla gran Corte, spoglie di sede vacanti il ritratto della Cruciata, & li donatiui straordinarij.

L' esito, che è maggiore dell' introito quasi sempre consiste in paghe d' vfficiali, di Caualleria, di fanteria, di Galere, di presidij, di debiti, & di mercedi.

Il negocio delle cause patrimoniali è noioso al Vice Rè, & apporta qualche pericolo alla sua reputatione, noioso perche le necessità del Re lo costringono ad essere acerbo esatore de i crediti, & mal pagatore de suoi debiti, donde nasce il discontento commune di coloro, c' hanno credito con la Corte, & le querele continue fin' all' orecchie del Rè, & bene spesso di tali, che sarebbe molto à proposito tenerli ben sodisfatti.

Il pericolo vien solo dal negotio frumentario, che si tratta in Patrimonio, per l' interesse delle tratte, perche in quelle hanno sempre qualche disegno, gli vfficiali, & è di grandissima importanza la resolutione del Vice Re piu vn modo che all' altro: bisogna adunque che il Vice Re vadi molto bene informato di questo particolare, acciò non lo tirino à qualche inconueniente per la nouità sua.

Nel negotio frumentario si deueno auuertire 4. considerationi, che sono la quantità del frumento che si fa, il prezzo, che se gli da, chiamato in Sicilia la meta, in Napoli la voce, le richieste che sono di fuori, la quantità dell' ordinario del nuouo imposto. La quantità del frumento che si fa vien' à

minis habeatur informatio. Atque hinc si causa criminalis in magnam Curiam iam sit introducta, atque eius expeditio petatur in audientia, mandabit, vt expediatur, si petitur aliquid quod ad causæ pertineat merita: Respondebitur vt Magna Curia referat. Si casus criminalis iam accidit, ac ad Vice Regem deferantur querelæ, respondetur, vt inquisitio fiat. Si quis summariam & de plano expeditionem petat, in causa ciuili: mandet vt Iudex ciuilis referat, si res est in aperto, & si absque alterius partis præiudicio fieri possit. Si sint credita & debita; Respondeat vt si de debitis constet, soluantur. Si solutionum petantur dilationes, quas ipsi Iudiciarias vocant: mandet vt Iudex Ciuilis referat. Si requirantur redeundi, hoc est liberatio aut licentia exeundi è carcere cum securitate, propter morbum, aut aliud accidens, si timeatur fraus, aut fuga, aut aliud Iustitiæ impedimentum: mandet vt Iudex criminalis referat. Si sunt Creditores qui à Rege sibi satisfieri volunt: mandet vt Officium referat. Intelligitur autem hic officium Patrimonij. Eadem quoque respondentur ijs qui tractus particulares petunt. Qui petit solutionem mercedis, aut assignationum saltem particulares milites, aut adipsum Vice Regem: vt solutionis fiant compotes mandabit, vt ipsorum inspiciantur rationes ijsque satisfiat. Et si his insistat Vice Rex generalibus, omnia euitabuntur nouitatum inconuenientia.

Est & Sacrum Regium Consilium, in quo omnes Magnæ Curiæ officiales, & Patrimonij, quandoque etiam Portulani Magister, conueniunt. Congregatur hoc in rebus arduis, in quibus aut Magna Curia sola, aut Patrimonium possent esse suspecti, aut cum Vice Rex in suspecta aliqua causa maiori cum cautela & circumspectione vult procedere, aut cum in bellicis motibus subito opus est aut consilio aut auxilio, aut demum cum Vice Rex causam aliquam in S. Patricij puteum vult inijcere.

Patrimonij Tribunal omnes tractat & administrat reditus, ac tam receptorum quam expensorum rationes. Recepta sunt semper incerta, propter tractuum & cõmerciorum varietatem. Meo tempore numerabantur in receptis trecenta coronatorum millia, nimirum centum millia ex frumentorum tractu, quæ etiamnum plerunque recipiuntur, vno in alterum numerato anno: centum millia ex mercium ponderatione, & centum millia ex pontibus & fabricis, decimis, taris, & vectigalibus quæ Secretias in Sicilia vocant.

Sunt etiam reditus extraordinarij, & confiscationes quæ à Magna fiunt Curia, spolia sedium vacantium, retractus Cruciatæ, & Donatiua extraordinaria.

notitia del Vice Re, ò per il reuelo, ò per il calculo del ricolto il reuelo è quando il Vice Re manda Cōmissarij, sforzando ciascuno à reuelare i frumenti, doue sempre si commette fraude: il calculo del raccolto è à questo modo, si fa conto che Sicilia semini mille salme di frumento, & all' hora non se ne può estrahere vn granello, perche tante apunto ne bisogna per il vitto, & per la semenza dell' Isola, se vien, al secondo modo sarà la quantità di frumento vn milion di salme, & ce ne saranno ducento mila salme da estrahere, se il Vice Re non vorrà tenersene qualche parte per buon rispetto, se fusse il raccolto al terzo modo, il Regno hauria vn milione, & ducento mila salme di frumento, delle quali se ne potrebbono estrahere quattrocento mila salme.

Vna salma di Sicilia è poco piu d' vn rubio di Roma, & cinque tumuli è quasi mezzo della misura di Napeli.

Dalla quantità nasce la meta, cioè il prezzo, il quale vien posto da persone deputate dal Vice Re, di conscienza, & d' intelligenza, & è la seconda consideratione.

La terza delle richieste, che sono di fuora, delle quali bisogna, che il Vice Re stia molto bene auuisato, prima, che publichi il nuouo imposto. Le richieste son di due sorti, ò deboli, ò gagliarde quando son deboli s' ha da andare molto destramente al nuouo imposto, & accarezzare, & far mille commodità à Mercanti, acciò venghino ad estrahere, quando le richieste son gagliarde, all' hora si può fare vn' altro conto, ma sempre sarà bene di frenare l' ingordigia, perche si gliona ancora le richieste malamente vsate far grandissimi danni, l' anno del 63. le richieste di fuora erano ardenti, & si era incaminato il negotio talmente, che si tenena sicura di estrattione di trecento mila salme à tre scudi per salma di nuoua imposta; Parue di giungere quattro tarì alle rocchielle. (Sono in Sicilia due sorti di frumenti, forti, & rocchielle, questi sono li migliori, & soglion valere piu.) La giunta delli quattro tarì sopradetti, fece che il negotio si trasportò subito, parte in Alessādria, parte in Prouenza, con estremo danno della Corte, & de particolari, seguendo l' anno appresso bueno, & senza estrattione, falì la maggior parte de Borghesi, gia che quando non s' estrahe non possono Borghesi pagare debiti dell' anno passato, ne trouano danari per il futuro. E adunque bene moderare la sete nelle richieste gagliarde ancora per assicurar piu l' utile.

Segue la quarta consideratione, che è la quantita dell' ordinario, che vuol dire quella grauezza, che sempre segue le tratte senz' altra impositione, la quale bisogna, che si sappia, per poter anco far il disegno del nuouo imposto. L' ordinario adunque

Expensæ, quæ plerunque receptis sunt maiores, fiunt in stipendijs officialium, militum, tam equitum quam peditum, triremium, præsidiorū, item in solutione debitorum, & honorariorum quæ gratias vocant.

Causarum Patrimonialium tractatio Vice Regi molesta est, ac cum periculo reputationis eius coniuncta. Molesta autem quia Regis eum necessitates cogunt, vt acerbus sit debitorum exactor, & malus creditorum solutor: atq; hinc communes nascuntur eorum qui credita aliqua habent in aula querelæ, quæ etiam ad vsq; Regis aures perueniunt, ac sæpius talium, quos vel vltro demereri debebat.

Venit autem periculum hoc tantum à re frumentaria, quæ in Patrimonio propter tractuum emolumentum tractatur. Semper enim officiales inde aliquid captant compendij, & maximi est momenti Vice Regis resolutio, si vel in vno vel in altero conniueat. Necessarium itaque est vt is in hoc negotio de omnibus particularibus quam optime informetur, ne per nouitatem aut ignorantiam in aliqua incidat incouuenientia.

Sunt itaque in re frumentaria quatuor notandæ considerationes, nempe, frumenti quod colligitur quantitas, pretium quod ei imponitur, quod Siculi Metam Neapolitani Vocem dicunt, requisitio quæ fit ab exteris, & demum quantitas ordinaria nouæ impositionis. Quantitas frumenti collecti ad Vice Regis venit notitiam: aut per reuelationem, aut per messis calculum. Reuelationem vocant, quando Vice Rex commissarios emittit, qui vnumquemque cogant, vt quantum frumenti habeat reconditi fateatur. Verum semper hic fraus admittitur. Messis autem calculus hoc fit modo: Putantur Siculi quotannis mille frumenti Salmas (mensuræ nomen est) serere: ac tunc ne vnicum quidem granum educi aut exteris vendi potest: tantum enim ad victum & ad sementem ipsi Insulæ necessarium est. Quando ad secundum venitur modum, ad duos Salmorum milliones venter frumentum, ac tunc ducenta Salmorum millia extrahi poterunt, nisi Vice Rex certis de causis aliquam detineat partem. Si ad tertium perueniatur modum, habebit Regnum Millionem & ducenta millia frumenti salmorum, de quibus quadringenta millia extrahi possunt.

Est autem Siculorum Salmus paulo maior Rubio (est & hoc mensuræ nomen) Romano, ac quinque tumuli sunt quasi dimidium mensuræ Neapolitanæ.

Pro quantitate imponitur meta, seu precium, quod per personas a Vice Rege deputatas imponitur. Eligātur autem tales qui conscientiosi sint,

ac

otto tari in circa, di modo, che se il frumento si vende alli Caricatori, tre scudi la salma, il compratore pagarà tre scudi, & otto tari, che sono graueize d'ordinario Questi otto tari, da vno in fuori, che era de Baroni, & non sò, che grani per altre spese, sono stati tutti della Corte, & venduti, oggi sono de particolari, calculandosi à questo modo vn tari è 10. grani di Sicilia, che sono come 10. tornesi di Napoli, ò come quaranta quattrini di Roma, ogni grano di quelli rende da ottocento scudi in circa l'anno della estrattione, pagandosi al Patrone di quel grano, ò di quel tornese, ò di quelli due quatrini, vn grano, è vero vn tornese è due quattrini per ogni salma di frumento, che s'estrahe.

Hauute tutte le sopradette considerationi della quantità del frumento, che è nel Regno, del prezzo che ha, delle richieste che son di fuora, di quello, che importa l'ordinario à mettere il nuouo imposto, chiamandosi nuoua impositione, perche ogn' anno si varia, secondo che variano le considerationi, che si sono dette, doue (come hò narrato) il Vice Re corre due pericoli, l'vno, che puo esser vinto dal troppo desiderio di guadagnare al Rè, l'altro essere aggirato da qualche artefitio d'alcun di quell' officiali, che interuengono in consiglio.

Per il negocio frumentario ci è vn ministro principale, chiamato il Mastro Portulano, il quale ha cura particolare, & altri Portulanesi sotto la sua iurisdittione, se ben esso non li crea, ma vengano fatti dal Vice Re. A costui vanno indrizzate tutte le lettere Vice Regie toccanti all' estrattione de frumenti, & à cose toccanti alla materia frumentaria.

Sono nel regno otto caricatori, cinque principali, & tre di poche facende, li principali sono, Termini, Gorgente, Sciaua, la Grata, & Castellamare, li tre sono Tusa, Terranuoua, & Augusta, à questi Caricatori sono da particolari condotti li formenti, acciò le naui possano pigliarli.

Ogni Caricatore (da termini & Gorgente in poi) ha il suo Magazziniero, vfficio dato dal Re, & pagato molto bene da chi lo vuole, per l'vtile, che danno li crescimenti de grani, li quali sono del Magazziniero, & da grossa sicurtà.

Quella massa ridotta nelli Caricatori, si chiama Cumulo, ne ciè cosa, che bastia far precipitare quel Regno, quanto il venir tocco dal Cumulo dal Vice Re. Il che fece Don Gratia per la necessità delle Galere, con estremo risentimento di tutti vniuersalmente.

ac huius rei experientiam habeant: quæ secunda est consideratio.

Tertia est requisitionū, quarū opus est vt Vice Rex optimam habeat cognitionem, antequam nouam publicet repositionem. Sunt autem requisitiones aliquando debiles ac frigidæ, aliquādo verò sunt calidissimæ. In frigida requisitione, cum pauci scil. sunt ementes, magna est dexteritate tractanda noua impositio, ac præsandi sunt mercatores, diuersis ipsis concessis commoditatibus, vt ad extractionem aut emptionem adducantur. Quando vero sunt calidę: ac magno se ingerunt mercatores numero, tunc alia est incedēdum via: sed interim semper est cohibēda nimia cupiditas: è calidis o. etiam requisitionib. grauia possunt oriri damna si finistre ijs vtaris. Anno 63. requisitiones erant feruidissimę adeò vt trecenta Salmarum millia pro venditis habebantur, numeratis tribus pro salma coronatis. Consultum videbatur in tanta emptorum copia, Rochellarū pretiū quatuor augere taris (sunt enim duæ frumentorum in Sicilia species, nempe fortia, & Rochiellæ quæ meliora sunt & carius vendi solent) qua auctione tota negotiatio subitò mutata, & partim Alexandriam, partim in Prouinciam translata est, summo tum aulæ tum etiam particularium damno. Sequenti enim anno abundante & nulla facta extractione, maxima ciuium pars deficere, aut creditoribus fidem infringere coacta est. Cum enim frumenta nulla extrahuntur non habent vnde præteriti anni debita soluant, neque pro futuro pecunias inueniunt. Optimum itaque est vt in feruidis illis requisitionibus cupiditas restringatur, vt publica vtilitas tanto sit securior.

Sequitur quarta consideratio: nimirum Ordinarij quantitas, hoc est, consueta impositio quæ semper commercia seu tractus sequitur, absque alio nouo grauamine. Hanc scire oportet, vt secūdum eam in noua te geras impositione. Ordinatium itaq; est, circiter octo tarorum: ita vt si in granarijs salma frumenti trib. vēdatur coronatis emptor tres coronatos & octo taros, ꝓ ordinaria impositione. Hi octo tari, pret vnū qui Baronib. cedebat, cum nescio quib. alijs frumentis propter alias expensas, omnes ad Aulam deferebātur, hodie autem à particularibus venduntur: idq; hac ratione aut hoc calculo. Tarus in Sicilia viginti æstimatur granis, quę sunt circiter viginti Turones Neapolitani aut quadraginta denarij Romani. Vnum quodq; autem granum reddit circiter octingentos coronatos in extractionis anno, Patrono aut Domino eius grani, aut Turonis, aut duorum denariorum, vno grano, aut turone vno, aut duobus nummis pro quaque, quæ extrahitur Salma, persolutis.

Omnibus hisce habitis considerationibus, nimirum quantitatis frumenti quod in regno reperitur, pretij ei impositi, requisitionum quæ ab exteris fiunt, ordinatij grauaminis, vt noua

impositio: quæ sic dicitur, quia omnibus mutatur annis, pro eius ratione fieri possit, pro dictarum considerationum varietate, duo incurrit Vice Rex pericula, prius, quod facile vinci potest lucri regij augendi cupiditate, posterius quod etiam aliquo officialium qui huic consilio interueniunt artificio decipi potest.

Negotio huic frumentatio præpositus minister aliquis principalis, qui Magister Portulanus dicitur. Hic specialem eius rei habet curam, ac alios sub se habet Portulanctes, quos tamen nō ipse sed Vice Rex eligit ac ei adiungit. Ad hunc diriguntur omnes Vice Regis litteræ, quæ frumenti concernunt extractionem, ac omnia quæ ad rem frumentariam pertinent.

Sunt in Regno octo granaria, quorum quinque sunt principalia, reliqua autem tria non adeo magni momenti. Principalia sunt Terminij, Gorgentis, Sciauæ, Gratæ, & Castellamari: minora sunt Tusæ, Terræ nouæ, & Augustæ. Ad hæc granaria deportantur frumenta à particularibus, vt inde naues ijs onerari possint.

Quodque granarium, habet suum reconditorem, quod officium à Rege confertur, sed non nisi pretio, propter lucrum quod ex frumenti augmentatione prouenit, quod reconditori cedit, nec contemnendum est.

Massa in granarium relata Cumulus dicitur: neq; quicquam est quo facilius totum commoueatur Regnum, quam si Vice Rex ei manum inijcere, aut saltem contingere ex parte tentet. Quod a Don Garzia factum, propter triremium necessitatem: sed magno & vniuersali totius regni motu.

CAPVT XX.

DEL SANTO OFFICIO.

DE SANCTO OFFICIO.

I Disturbi, che accadeno nel gouerno di Sicilia per conto della giurisditione del Santo Officio, & sogliono essere maggiori, & minori, secondo la prudenza, & destrezza del Vice Re, & de Padri Inquisitori, & il remedio consiste nella discrettione loro, i quali poiche in tutte le occorrenze hanno potuto conoscere, che alla Maestà del Re Cattolico è stato piu grato colui, il quale nel suo procedere ha vsato maggior modestia, doueranno guardarsi da rottura, & con le voglie conformi operare quello, che conuenga all'honore di Dio, & alla salute, quiete, & buono essempio de popoli.

Ne accade dare in questo altra auuertenza.

⁂

Motus qui in Siciliæ gubernatione propter Sancti officij iurisdictionem accidere solent, aliquando maiores, aliquando vero minores sunt, secundum prudentiam & dexteritatem tā Vice Regis quam Patrum Inquisitorum. Remedium autem consistit in eorum discretione, qui cum in omnibus occurrentijs facile intelligere potuerint, cum Regi Catholico esse gratissimum, qui maiore vtitur in procedendo modestia, ab omni violentia sibi cauebunt, ac vnanimi consilio, ea faciant, quæ honori ac cultui Diuino, saluti & bono exemplo populorum conueniunt. Neque alia hic opus est admonitione.

⁂

DELL'

CAPVT XXI.

DELL ARTEFICIO DE GLI VFFICIALI.

DE OFFICIALIVM ARTIFICIIS.

GLi Vfficiali parte sono biennali, parte à vita, & hanno fra loro fini diuersi, perche gli biennali non mirano ad altro, che à guadagnarsi la gratia del Vice Re, per essere ad però ti spesso da lui & giungere per suo mezzo gli vfficii, che sono à vita.

Gli vfficiali a vita hanno per fine, di far conoscere, & nel Regno, & nella Corte, che il Reggitore vien retto da loro, che da loro nasce quanto fa di buono, & che erra sempre chi s' allontana da essi, & questi, & quelli, per condursi al fine, che pretendono vsano de gli artificii nociui molto alla reputatione del Vice Re.

Gli arteficii de biennali sono tre, il primo, tener quasi per loro Idolo il Ministro piu confidente, & che ha maggior credito, & autorita col Reggitore, il secondo vendersi con mille stratagemmi per tali Ministri, quali stimano, che li desidera il Vice Re, il terzo transformarsi totalmēte non solo in quello, che piace al Reggitore, ma in quello anco, che sognano poter gli piacere, modo assai dannosi, perche col primo corrompono il Ministro fedele mettendo in voglie, facendolo intrare in disegni, destandole le cupidita, le quali finalmente hanno gran forza ne i petti de gli huomini, cose che non possono andare mai accompagnate col seruitio del Patrone, biasimato, & lacerato sempre, che il suo Ministro fedele comincia scoprire il Reggitore di corto giudicio molto corriuo, & poco atto à trattar nel mercato del mondo, gia che si facilmente si riduce à comprare il bronzo per l' oro. Col terzo lo tengono sempre lontano dal vero inuolto in vna perpetua adulatione, & mentre studiano di sodisfargli il palato, gli vanno attossicando lo stomaco.

A questi mali sara il rimedio [illegible] amico del Vero, & del giusto, fauorendo i loro, che trattano seco sinceramente, & mostrandosi acerbo à chi fa il contrario.

Gli arteficii de gli vfficiali a vita sono quattro, giudicare perpetuam[illegible] segreto

Officialium alii sunt biennales, alii perpetui: vnde etiam diuersos sibi habent fines propositos. Biennales enim nihil aliud agunt, quam vt sibi Vice Regis fauorem concilient, vt sæpius ipsorum vtatur opera, & tandem ad perpetuata promoueantur officia.

Perpetui officiales autem hoc agunt, vt nimirum & in Regno & in Aula omnes putent Gubernatorem ab ipsis regi, atque ab ipsis prouenire quicquid faciat boni: & quod erret quotiescunque ipsorum relinquat consilia. Vtrique autem vt ad propositum suum perueniant finem, variis vtuntur artificiis, quæ omnia ad Vice Regis reputationem instingendam tendunt.

Sunt autem triplicia biennalium artificia. Primum vt Ministrum cui plurimum confidit Rector & qui maxima apud eum pollet autoritate, quasi pro Idolo habeant. Secundum, vt mille fraudibus ac stratagematibus, pro talibus se vendant ministris, quales Vice Regem expetere putant. Tertium vt non saltem in id se transformant totos quod Rectori placiturum spetant, sed etiam in id quod vel somniant ipsi gratum esse posse. Qui modi sic satis sunt periculosi. Primo enim corrumpunt ministrum fidelem, eumque ad varia captanda pro cupiditatibus consilia excitant, in diuersas cupiditates præcipitem agunt, quæ magnam in humanis pectoribus vim habent: & nunquam cum fideli Domini seruitio conueniunt: ac semper is vituperatur, cum minister cui ipse fidit, factis suis demonstrat Dominum non adeo accurati esse Iudicii, neque satis circumspectum vt in mundi negotietur mercatu, cum tam facile eo reducatur vt æs pro auro emat. Tertio cum semper à veri cognitione abducunt, perpetua inuolutum adulatione, & dum palatum eius oblectant, stomachum veneno inficiunt.

Huic autem malo occurret, si se veri, iustique amantem demonstres, fauore eos prosequens,

tutte le debolezze di quelle prouiste, che si fanno nella publica, & priuata audienza del Vicere, notar molto cauillosamēte tutte le prouisioni di giustitia, che fa de mandato Regio, far grandi auuertimenti del procedere de suoi Capitani d'arme, star sempre puntando le attioni del Ministro confidente. Queste sindicationi volano subito alla Corte, per l' intelligenza, che tutti gli vfficiali supradetti si sforzano di tenere con li reggenti, & tal'hora con segreto arteficio, tal' hora scopertamente, secondo il grado, che tiene la reputatione del Vice Re, si spargono per il Regno. Si remedia à queste artificiose malignita prima col farsi patrone di tutta la massa del gouerno, però in modo, che non si disordini l' organo del regimento, & resti à ciascuno il suo grado facendosi riconoscere non solo per superiore, ma per capace di quella superiorita, con termini maestrosi piu tosto, che imperiosi, secondo con andar cōtaminādo li sudetti vfficiali, voglio dire, ingegnarsi di stare molto bene informato delle piu seuere inclinationi, & attioni loro, perche al sicuro si trouera dell humanita pur assai, terzo, sforzarsi da vere, cosi il Reggitore come l confidenti, di non dar occasione alla malignita. Quarto tener nella Corte le spalle secure, con Agenti sagaci, & con tenersi ben guadagnati gl' animi de Reggenti.

Il modo di farsi patrone di tutta la massa del gouerno è voler intendere ogni cosa, & dir liberamēte, che non vuol sottescriuere prouista alcuna, laquale non habbia prima molte ben ruminata.

Appresso, hauer le sui moti contrarii alli moti de gli vfficiali predetti, quādo quelli vogliono fretta, & lui voglia dimora, & cosi per il contrario, nō gia in modo, che precipiti il negotio, ma di garbo, che l' vniuersale riconosca, che l' Reggitore da & non riceue lo mouimento da nessuno.

Di piu fargli a prima gionta riconoscere l' anticamera, aspettando che siano chiamati, & si discerna differenza tra la Maesta del Capo, & l' vfficio delle membra, comandando pero, che se gli dia loro loco particolare, & con dignita, ilche non s'è potuto fare fin' ad hoggi commodamente, per l' incommodita delle stanze Hore puo farsi commodamente per l' abondanza di quelle, deputandone vna commune à gli vfficiali del Consiglio, & alli Signori.

quos sinceros reperit, & econtra subdolos illos seueriter excipiens.

Perpetuorum etiam officialium artificia quadruplicia sunt: nimirum primo perpetua at valde secreta sindicatio aut potius exagitatio debilium prouisionum, quæ vel in publica vel priuata Vice Regis fiunt audientia. Deinde notatio cauillosissima omnium Iustitiæ prouisionum, quas facit Mandato Regio. Tertio diligens examinatio omnium processuum & actorum Capitaneorum armorum. Et demum perpetua actionum Ministri fiducialis, aut cui ipse plurimum confidit obseruatio. Et si quid reprehensioni inueniant obnoxium, statim ad aulam defertur, pro intelligētia quam omnes hi officiales cum Regentibus habere videri volunt: & aliquando secreto aliquo artificio, aliquando vero palam, secundum eum gradum in quo Vice Regis reputationem vident, per totum disseminant Regnum.

Artificiosis hisce malignitatibus remedium erit, primo si se totius massæ Regiminis Dominū faciat, ita tamen ne regiminis organum aut harmonia dissipetur, verum vt quisque in suo gradu eum pro superiore non solum agnoscat, verum etiam eius superioritatis capacem existimet, ac hanc de se æstimationem sibi paret, terminis potius Magistralibus, quam imperiosis. Deinde si semper contrarios hisce ministris cuniculos agat: hoc est, si potiores eorum inclinationes & actiones expiscetur: Satis enim ibi humanæ malitiæ inueniet. Tertio si tam Gubernator quam eius confidentes vere in id incumbant, ne cuiquā malignandi dent occasionem. Quarto si secura in aula habeant subsidia, ab Agentibus fagacibus, & si animos Regentium ac superiorum sibi probe deuinctos teneant.

Modus quo se totius Regiminis massæ Dominum faciet hic est, vt omnia scire ac cognoscere velit & libere profiteatur se nulli subscripturum prouisioni, quam non prius quam diligentissime ac optime ponderauerit.

Item si motus suos semper habeat motibus officialium contrarios. Si illi festinationem velint, ipse remoretur, ac econtra non tamen ita vt negotia præcipitentur, verum cum discretione, vt omnes cognoscant Rectorem dare, non recipere motum à quoquam.

Similiter si atrio illos assuescat, in quo exspectent donec vocentur, ac discernatur inter Capitis Maiestatem, ac membrorum officium. Ordinato tamen ipsis loco peculiari, cum aliqua quoque dignitate. Quod hactenus quidem fieri non potuit, propter locorum incommoditatem. Iam vero in tanta conclauium abundantia facile est, vt etiam insuper commune aliquod consilii officialibus ac Dominis deputari possit.

Cap.

CAPVT XXII.

DELL MANEGGIO DELLA MONARCHIA.

DE MONARCHIÆ TRACTATIONE.

GRan disturbo suol hauere, & dare vn Vice Re, con la Monarchia di Sicilia, perche se non è destro stara sempre muolto con i Prelati del Regno, si difficulterà il seruigio del Re nei parlamenti si fara strepito in Roma, & dara occasione à Sommi Pontefici di star male con lui, & poco sodisfatti dal Re.

Monarchia vuol dire Signoria d' vn solo, & perche il Re di Sicilia è Signore del temporale per ragione hereditaria, & gouerna nello spirituale per concessione Apostolica, si dice Monarcha, cioe solo Signore nel suo Regno, & l' autorita concessagli nello spirituale vien chiamata Monarchia molto impropriamente.

Pretende adunque il Re di Sicilia d' esser Legato nat-, come successore del Conte Ruggiero in vigore di vna Bolla d' Vrbano secondo.

Sopra la quale è fondata l' auttorita Ecclesiastica, che il Re pretende, & vsa in Sicilia, la qual auttorita suol fare piu, & meno strepito, secondo che piu, & meno violento è il ministro, che l' essercita.

Il Duca di Medina stette tanto su' l tirato di questo particolare, che carcerò il Conte di Raceuia per hauere impetrata vna scommunica dalla sede Apostolica, & ammalandosi nelle carcere il Conte, nò volse habilitarlo, che si potesse curare in Casa, & lo sforzò a morire in prigione Delche fu tanto seueramente ripreso dalla Corte, che ogn' altro stomaco (eccetto il suo) hauerebbe dimandato licenza.

Il Marchese di Pescara desiderosissimo di leuarsi gli in toppi da piedi, pensò di correggere alcuni abusi, ma referita la sua intentione alla Corte diuersamente da quello, che era, non puote farlo, con tutto cio si ottenne, che delli quattro abusi manifesti di quei maneggiar di cause, se n' emendasse.

Li quattro abusi son questi, il primo che le cause andauano alla Monarchia per viam saltus (com'

MVltum negotii habet, ac varia obstacula ViceRex a Siciliæ Monarchia Nisi enim insigni sit præditus dexteritate, semper ipsi cum Prælatis erit digladiandum, vnde & Regis negotia in parlamentis difficiliora fiant & Romæ magnæ audientur querelæ, quibus hoc lucrabitur Vice Rex, vt in mala sit apud Pontificem gratia, neque etiam Regi acceptus.

Significat autem Monarchia vnius Dominium. Cum enim Siciliæ Rex ratione hæreditaria in temporalibus dominetur, & spiritualia etiam administret concessione Apostolica, Monarcha dicitur, hoc est vnicus in suo Regno Dominus. Valde autem improprie concessa . . . a in spiritualibus Monarchia dicitur.

Prætendit itaque Siciliæ Rex se natum Legatum, tanquam Comitis Rugerii successorem, vigore cuiusdam Vrbani II Bullæ.

Ac super hanc fundata est illa quam prætendit & exercet Rex in Ecclesiasticis potestas. Quod etiam maiore & minore sit strepitu, prout magis minusue violentus est minister qui eam administrat.

Medinæ Dux huic adeo institit autoritati, vt Raceuiæ Comitem in carcerem conijceret, quod à sede Apostolica excommunicationem impetrauerat Et cum ibi in morbum incidisset, noluit eum dimittere aut habilitare, vt domi suæ curaretur aut decumberet, sed in carcere eum mori coegit. Qua de re tam seueriter ab aula fuit reprehensus, vt quiuis alius stomachus, excepto ipsius, digere eam non potens, missionem petusset.

Pescaræ Marchio summopere desiderans omnia è medio remouere offendicula, de quorundam abusuum cogitabat emendatione, sed eius intentione longe aliter ad aulam relata, nihil profecit, nisi vt ex quatuor abusibus

mani-

essi dicono) & non deueno andarci, se non per viã grauaminis. Il secondo, che quando il Prelato per l' enhibitoria, che se gli manda insieme con l' ordine, che transmittat acta, al processo sigillato fa queste soprascritto Sanctissimo ac Beatissimo P.P. Gregorio, XIII. cosa sentita molto per la causa, che segue: il terzo è che il Giudice nominato dal Vice Re per quella, anzi sogliono per il piu nominare persone nude d' ogni sorte di lettere, di modo che la causa spirituale vien interamente giudicata da Giudici temporali: Il quarto, che non si permette l' appellatione di quelle cause alla Sede Apostolica, dicendo, che la gratia della medesima Sede non sarebbe nulla se es fusse l' appellatione, & per parere, che il processo mandandosi al Monarcha sia come se si mandasse all' istessa persona del Pontefice fanno quel soprascritto, che ho detto di supra.

Quell' abuso, il quale s' emendo col consentimento del Re in tempo del Marchese egli fu il primo.

Nel resto giouara molto la destrezza, & buon giudicio del Vice Re, il quale tanto piu è necessario, quanto che hoggi si ci attrauersa il negocio della Cruciata, il quale bisogno fauorire per seruitio del Re, ma destramente, perche tal hora l' arrendator di quella cerca impedire l' Indulgentie mandate da Roma, & lo fa insolentissimamente se il Reggitore non lo tempera, di sorte però, che non faccia strepito in Corte.

Destrezza anco, & Giudicio bisogno nell' essecutione di tutti li rescritti Apostolici, fuggendo il piu che si può gli inconuenienti, & di disgusti tra' l sommo Pontifece, & sua Maestà, principalmente quando il concedere l' essecutione non apporta pregiudicio.

manifestis in causarum tractatione emendaretur aliquis.

Quatuor autem illi abusus hi sunt: Primus, quod causæ ad Monarchiam per viam saltus, vt ipsi vocant, deuoluebantur, cum eo deuenire non debebant, nisi per viam grauaminis. Secundus, quod Prælatus accepta inhibitoria cum mandato, vt Acta transmittat, processui sigillato hanc faciat inscriptionem: Sanctissimo ac Beatissimo P.P. Gregorio XIII quod valde sinistre acceptũ est propter Causam quæ dicetur inferius. Tertius est, quod Iudex à Vice Rege nominatus plerunq; inhabilis est, nominantur enim vt plurimum tales qui literarum prorsus sunt ignari, ita vt causæ spirituales sæpius à Iudicibus iudicentur secularibus. Quartus est, quod ab eo iudicio nulla datur Appellatio ad sedem Apostol. prætendentes quod nulla esset sedis Apostolicæ gratia, si ab ea appellare liceret, hinc vt cũ acta ad Monarcham transmissa, eam habeant speciem, quasi ad summum mittantur Pont. eam quam superius dixi, ei faciunt inscriptionem.

Abusus autem qui Marchionis tempore cum Regis consensu emendatus fuit, ille est quẽ primo loco posui.

De cætero multum in omnibus proderit Vice Regis dexteritas & accuratum iudicium quod tanto magis necessarium est, quanto maiori cum periculo hodie etiam Cruciatæ coincidit negotium cui fauere cogitur propter Regis vtilitatem, verum cum dexteritate, nam eius officialis aliquando etiam indulgentias, quæ Roma veniunt impedire satagit, ac magna id quoque facit insolentia, nisi à Gubernatore non coherceatur: quod tamen ita faciendum est, ne in aula aliquis audiatur strepitus.

Dexteritate & Iudicio quoque opus est in omnibus rescriptis Apostolicis, vt quantum fieri potest, inconuenientia, & simultates inter Pontificem & Regem euitentur, & præcipue cum executionis permissio absque præiudicio fieri potest.

CAP. XXIII.

DELLI INTERESSI DE SERVITORI.

DE MINISTRORVM AC SERVITIORVM COMPENDIIS.

CHe l' interesse proprio metta in pericolo l' honore del Reggitore, non bisogna che si proui, ne con ragioni, ne con essempli; ma deue anco chi gouerna, mirare molto bene il disturbo, che può venirgli per gli interessi de suoi seruitori entra con maschera dell' honesto, & non si conosce il male se non quando è passata l' occasione del remedio, come per un continuo corso de tempi è successo alli Reggitori in Sicilia con li maritaggi de loro seruitori

Sono grandi le doti, che si danno in que Regno, ma quasi tutte le doti di quelle Donne, che procurano di maritarsi con li seruitori del Vicere, son più tosto pretensioni che danari; pretensioni dico piene di nemicitie, & de liti mortali; le donne pensano col fauore del Palazzo suilupparsi quanto prima, il forastiero il qual sente quelle gran promesse, tosto trabocca, & l' uno, & l' altro hanno di molti essempti da fargli giudicare che la forza del fauore debba spianare ogni difficoltà. Di qua si da principio à liti rabbiosissime, aiutandosi l' huomo di Palazzo con tutti gli artifitii possibili, facendosi sempre scudo della volontà del Patrone lontanissime ben spesso da tale intentione, & in modo nessuno consapeuole dell' arte de suoi, finche le sbrigliate di Corte non lo fanno capace di quello che passa in casa sua.

Et stanno sempre in tal' opinione le liti de Cortigiani, che se bene hauessero tutte le ragioni del mondo, sono stimati aggraui de parti, corrottela de Giudici, & impeto di fauore; Ne pensi il Vicerè potterci remediare con la neutralità sua, perche tanto è cosa ordinaria alli Giudici biennali di Sicilia venire sempre fauoreuoli alle persone di Palazzo, che basta solo quel nome à fargli torcere ogni diritto, già c' hanno visto molti Dottori, & altre persone giungere à tal segno col fauerir cause di Cortegiani, al qual non sarebbero peruenuti giamai per li loro demeriti.

Il Duca di Medina prima quasi che finisse il primo triennio, si vidde in casa cinque suoi serui-

NVlla opus est nec rationum, neque exemplorum probatione quod priuata ministrorum quæsita compendia Rectoris honorem ac reputationem in periculum vocent: Verum is qui gubernationi præest magna diligentia labores & impedimenta quæ à familiarium & seruitiorum eiusmodi emolumentis oriri possunt, considerare debet. Plerunque enim honestatis teguntur larua, neque malum cognoscitur, nisi cum medicinæ præteriit tempus & occasio, quemadmodum continuo quodam temporum cursu Siciliæ Rectoribus, in domesticorum suorum coniugiis accidit.

Magnæ sunt dotes quæ in illo dantur Regno, verum illarum fere omnium dotes, quæ Vice Regum familiarium ambiunt connubia, in prætensionibus potius consistunt, quam in paratis pecuniis. Prætensiones autem dico plenas inimicitiarum & odiorum Fœminæ quidem aulæ fauore se facile iis liberandas putant. Peregrinus autem qui tantas audit promissiones facile capitur. Vtrique varia habent exempla quibus sibi persuadent, fauoris aulici tantam esse vim, vt facile omnes possit superare difficultates. Hinc rabiosissimis litibus datur initium, in quibus aulicus omnibus qui potest, vtitur artificiis, Domini voluntatem vbiqui obtendens, cum tamen is plerunque longissime à tali intentione sit remotus, neque quicquam de suorum sciat artibus, donec increpationibus quæ ab aula superiore veniunt, ea quæ domi suæ fiunt, intelligat.

Est autem & hæc earum litium quas aulici mouent natura, vt quamuis optimo nitantur iure in mala tamen semper sint opinione, ac putentur disceptari cum partis contrariæ iniusto grauamine, Iustitiæ ac Iudiciorum corruptione, & deniq; fauoris impetu Neque putet Vice Rex se neutralitate sua malo huic posse mederi, tam enim commune est inter Iudices illos biennales vt semper aulicis sint fauorabiles, vt ipsum etiam saltem nomen sufficiat, quo omnia iura susque deq;

Z z habe-

tori principali, & trè di essi Vfficiali, maritati, con liti si rabbiose, & piene d' inimicitie, che la sua casa pareua vn' Inferno.

Il suo Cameriero litigaua con la communità della Licata. Il Cameriero del Marchese suo figliuolo Alonzo d' Horca, hoggi Mastro rationale, litigaua il Contado di San Marco col Conte, che possedeua: li Auditor Ciprentes litigaua la Baronia dell' Alia con chi era in possesso; il suo Segretario Giouan d' Ortega potentissimo appresso il Duca, litigaua la Baronia di Cirami con Giouan Galiego, che fu il primo, che cominciò à trattare il camino della Corte contro il Vice Re: Don Pietro Velasquez seruitore confidentissimo & conseruatore del Patrimonio litigaua col Duca di Terra Nuoua, & fù causa principale di mettere il Duca alle mani col Vice Re, d' onde gli seguirono tanti disturbi, & diseruiti.

Da quel che s' è detto si può considerare, che tempeste continue poteuan' essere nella casa d' vn tal Reggitore, in che stato poteua ritrouarsi la giustitia, come poteua esser trattato il nome, & la reputatione di quel Signore, così nel Regno, come nella Corte.

La causa della gran dissensione accaduta fra l' Inquisitor Bezzera, & il Marchese di Pescarà, fu il maritaggio della figliuola d' vn gentil huomo, che litigaua con Bezzera col Camariere del Marchese prefato, chiamato Scipio Manganella. Il matrimonio di Loreadello fatto con liti si rabbiosa, & piena di tanto strepito, preparò & nel Regno, & nella Corte la materia à futuri disturbi se viuena, & li fece beuere molti calici ben amari mentre visse.

Bisogna adunque, che Vice Re fugga come scogli pericolosi li maritaggi de suoi seruitori, sicuro che non ad altro fine cercarà la Donna Sicilia liti, & inimicitie immortali con poca reputatione del Vice Re, & con molte querele, che cominciaranno dal priuato, & finiranno nel publico.

habeant, ac tanto magis, quod multos vident Doctores aliasque personas ad eos hoc modo elatos dignitates, ad quas meritis suis nunquam peruenisset.

Medinæ Dux antequam primum ad finem perduxisset triennium, quinque ex præcipuis suis domesticis, quorum tres in officiis erant, in domo sua coniugatos vidit, cum litibus adeo rabiosis & inimicitiis tam feruidis, vt tota eius domus quasi infernum quoddam esset.

Cameræ ipsius præfectus litigabat cum Licatæ Communitate. Ipsius filius Allousus Horea, Marchionis quondam Camerarius, nunc vero Magister Rationalis, litem mouit de S. Marci Comitatu, comiti eum possidenti. Auditor Ciptentes litem mouet de Baronia Alia, illi qui in eius est possessione. Eius Secretarius Iohannes d'Ortega, apud Ducem potentissimus, cum Iohanne Galiego qui primus fuit, qui aulam contra Vice Regem adiit, de Cirami Baronia litigat Don Petrus Velascus Minister confidentissimus & Patrimonii conseruator cum Terræ Nouæ Duce litigat, & præcipua causa fuit, qua Dux cum Vice Rege commissus est, vnde postea tot mala ac impedimenta orta sunt.

chionatu. Item quos ſpes eſſet de ciuitatum quas Francia occupaſſet reſtitutione, ac de ipſo quoque Saluzzi Marchionatu, ſuper quo abſq; hoc, vt & ſuperius dixi, ſuas habet Dux prætentiones. Ac demum hoc modo Gallos prorſus vltra montes remouendos, quod Regi Catholico, vt commodiſſimum, ita & gratiſſimum eſſet futurum, vt qui meliori cōmoditate in Italia non indigeret, neque propter tranſitum, neque propter alium quempiam reſpectum, hoc ſolo contentus, ſi nimium Sabaudiæ Ducem amicum habeat ac confidentem potius, quam alium Principem Maiorem. Item ꝙ E. Celſ. maiorem eſſet habitura ditionem, quietem ac ſecuritatem maiorem ab hac montium parte, cum Rex Catholicus nihil ſuper eius Dominio prætendit: Econtra vero Chriſtianiſſimus ſuper diuerſis iam eius prætenſiones habeat locis: ... e dicebat inſuper, ſi ſe cum Francia confœderaſſet, Regem non contentum futurum ditionis eius amicitia, verum eius etiam quæſiturum ſubiectionem, vt maiorem in Italia potētiam habeat, quemadmodum & plurimum deſiderat, vt Mediolanenſi ſtatui fiat propinquior. Qemadmodum autem Dux omnia faciat, vt vtriuſque Majeſt ſibi fauorem ac fiduciam retineat, ea ſpe quod aliquando Siuillanum & Pinarolum ſit recepturus, & quod ex Aſta & S. Ia Hiſpanica deducentur præſidia: ita etiam tanquam circumſpectus ac prudens Princeps, tempore vtitur, domi ſe magis magiſque indies muniens ac vires ſuas reformans & augens, adeo vt quemadmodum meo iudicio, diu ſe in neutralitate detinere, ita etiam ſi abſque reſpectu offenſus ab vna parte, ad alteram accedere velit: Credāt mihi V. V. S. S. magnum illum parti illi allaturum pondus. Præter enim perſonæ ſuæ autoritatem & reputationem, vltra mille ſuis ſtipendiis poſſet adducere equites, ac totidem feudatarios ad minimum. Et ſi magna eſſet inferenda vis: daret inſuper etiam ex ſolo Pedemontio viginti peditum millia. Neque vllum eſt dubium quin vterque Rex hoc ſciat ac conſideret optimè & magnam quoque eius habe t rationem.

Omnibus quibus poteſt mod s Hiſpaniæ Rex gratum ſe Sabaudiæ Duci oſtendit, neque quicquam è Celſitudine ab eo poſſet petere, quod nō quam facillimè obtineat, niſi forte aliqua miniſtri alicuius ſe interponat difficultas. Nihil tamen impedi et quo minus tanquam Religionis S. Lazari Magiſter habebit Commendarum, quæ in Neapolitano ſunt Regno, & Mediolanenſi Ducatu, diſpenſationem, quanta eſt apud Suam Majeſt. Suæ Celſitudinis exiſtimatio: Ad quam etiam, vt toti ea mundo nota eſſet, Don Franciſcum Albanum pro Legato ſuo ordinatio deſtinauerat, & cum Dux eū propter Franciæ

præ-

in luogo di 30. mila scudi, che gli haueua richiesto in prestito.

Con Mantoua tiene quell' amicitia, che si suol tenere con litiganti di cose di momento, & è stato buono, che in quello Stato non vi siano state Commende, perche poteuano causare maggiore disgusto.

Ma per finir questa parte, della quale ho parlato cosi à lungo, come forse più importante à questa Republica di qualche altro dico, che il Duca di Sauoia sarà certo à mio giudicio sempre mai neutrale, finche potrà, & se bene le sue forze non sono tali, che in vna lunghissima guerra potesse mantenere quei tanti presidij, che gli formo l'anno passato si potranno dimeno sostenere se si gouernano li Stati, con prudenza, come fa la Serenità vostra, & il Sig. Duca di Sauoia.

Nelle solleuationi di Fiandra, quando si mostro ressoluto di volersi far rispettare da ogni vno, & di star à vedere l' occasioni che portassero i tempi, perche saranno almeno tante, che basteranno per trattenere otto, ò dieci principali piazze ben munite, nelle quelli quando non potesse sostenere tutto lo Stato, si retirarebbe. Et se bene le ville, le terre aperte, & il paese hauesse qual che danno, questo poi sarebbe il manco. perche doue passano soldati, se bene ancora amici, non è dubbio, che ma fanno vtile alcuno & se in tante, & tante guerre passate, che hanno fatte i Francesi, & Spagnuoli in Italia, i Conti, & Duci de Sauoia, non hanno mai perduto il suo Stato, se non quest' vltima volta, & questa per quei rispetti, che sono detti, & che io lo tocchi di sopra, perche non potria ancora di hora innanzi, conseruarsi? & massimamente al presente che vi è vn Principe tanto stimato da tutti, con buone forze, & fortezze nel suo paese.

Col Re di Portogallo sta benissimo, si per essergli il Duca parente. per la madre, come per la molta stima, che fa quel Re della sua persona, il quale volendo formare vna militia, de paesani del suo Regno, mandò l' anno passato à pregare Sua Altezza, che gli mandasse persona atta à questo carico: la quale gli mandò quattro Capitani, & vn Colonello molto atto à questo seruitio, & doppo creato Gran Mastro della Religione di S. Mauritio, & Lazzaro, ha mandato vn suo gentilhuomo à dargliene auiso.

Della Regina d' Inghilterra dirò ancora alcune poche parole, perci che si come fu molto vicino inausi, che seguisse la pace, il matrimonio tra lei, & il Signor Duca, che fu fatto fin' al contratto, & destinato vn gentilhuomo, che andasse à sposarla, cosi hora & per la vita sua, & per la lontananza de Paesi, non vi è alcuna sorte d' amicitia.

Di Polonia non si può dir' altro rose non che vi

præcedentiam quæ alium mittere volebat recipere nollet, in Franciam abijt, ac apud S. Maiestatem Christianissimam resedit: cui quidem S. M. certa monstrabat indicia de concedendis Religionis huius quæ in Francia sunt commendis: Verum interim etiam non intermisit quin omnibus quibus potuit modis Duci Sabaudiæ gratificaretur, cuius rei nuper multa vidimus signa. Primò quod eum solum Compatrem aut testem filiæ Baptismo adhibuit, honorato eius Legato, ac si Regis alicuius Legatus esset. Item quod & Triremem contra Turcam concessit mutuo, quã & remisit ad primum de pace à V. sublimitate facta nuntium. Sunt & alia momenti maioris quorum relatio non est huius temporis. Hæc omnia bona sunt pro Sabaudiæ Duce signa, quibus credi potest, quod vterque Rex si bellum alteri mouetet, cum sit respectatus, ac per eius ditiones cum exercitu absque ipsius damno transiturus, ne ex neutrali hostem eum faciat.

De principibus quoq; Italiæ paucis me expediam, vt ab omnib. alijs liber, tanto melius respectus & intelligentias huius Ducis cum hac nostra Republ. considerare possimus.

Florentiæ Dux magnum præ se fert Sabaudiæ Ducis existimationem, & respectum, in mansionibus eum & in literis Serenitatis & Celsitudinis titulis honorans, (quos tamen ipse cum Florentino non obseruat,) & omnia facit, vt se ei quam amicissimum testetur concessis etiam omnibus, quæ in sua sunt ditione S. Lazari Commendis, earum possessione eius Equitibus quam promptissime data, quod & E. Cels. magni habuit beneficij loco.

Habet & Ferrara strictissimam cum Sabaudia amicitiam, & familiaritatem, quantum ex apparentissimis comprehendi potest demonstrationibus, cum ordinarios vtrinq; suos habeant Legatos, & credibile est, internam quoque voluntatem & affectionem inter ipsos esse optimam, tum propter affinitatem, quam per Dominam Serenissimam, vt ex germano Ferrariæ Ducis sanguine habet natam, tum etiam, quod in coniugium filiæ suæ naturalis cum Philippo Estense Ferraræ quamuis longiuscule sanguine iuncto, consensit, Creuarotus eum etiam Marchionem faciens. Hic accedit etiam promptitudo illa, qua Ferraræ Dux Sabaudiæ Duci, omnium suæ ditionis Commendas, tanquam magno eius Religionis Magistro concessit.

Cum Parma semper optime ei conuenit, quod Domina de Parma per Carolum Quintum ei sit sanguine coniuncta, an ipse quoque Princeps tanquam ex Lusitanico sanguine nata. Nunc vero & alium vlteriorem considero respectum, nimirum promptitudinem, quæ &

sara optima intelligenza, per lo parentado stretto, & per le rispetto di Madama Serenissima, la quale ama Sua Maestà, teneressimamente, & nel partir mio loro Altezze vi hanno mandato un' Ambasciatore per rallegarsi dell' elettione sua al Regno.

Con il Principi d' Alemagna, tiene il Duca molta amicitia, stimando, che in qualche tempo gli possa esser utile, & profitte, & massime con l' Elettore di Sassonia, per essere della medesima casa, & Principale tra gli altri Elettori, visitandosi bene spesso l' un l' altre con gentilhuomini & presenti.

Tiene Sua Altezza con Suizzeri buona confidenza, & lega, & massime con i Cantoni Cattolici, con oblige di dar loro ordinariamente, tratta di certa quantitate di grani, & in tempo di guerra à diffesa 300. Cavalli, & essi medesimamente à diffesa otto mila fanti, cioè cinque mila Bernesi, & tre mila Valessani, & alcuni pezzi, d' artiglaria, per quanto da segreta via ho potuto intendere. questa buona intelligenza con Suizzeri sara sempre di reputatione al Duca, & lo dimostra l' essempio delle cose passate? Perche sin che il Duca Carlo suo Padre hebbe lega con Suizzeri, stette sempre pacifico nelle Stato suo, rotta, che l' hebbe non pagandoli le pensioni & conseguentemente curando poco la loro amicitia, alla venuta del Re Francesco perde subito lo Stato di Savoia, non sola non essend diffesa da Suizzeri ma presa in buona parte da loro dicendo di voler pagarsi de credit vecchi.

Parlero hora dell' animo & volonta dell' Altezza sua, verso vostra Serenita, & diro, che tre sono le cause, che posson far conoscere la buona volonta, & mala d' un prencipe verso l' altro: la prima è le parole, & li ragiona menti: La seconda l' opinione, & la promezza in adoperarsi in servitio dell' altr nell' occorenze: La terza, & ultima piu importante è il rispetto di stato, & l utile, & il beneficio, che può apportare à l' uno, & à l altro una mutua, & reciproca amicitia. Et si come la prima delle parole è per congettura, & per consequenza fallace: così, la seconda dell' opinione è assai piu pr. babile, & demonstrativa: Ma la terza è verissima, senza oppositione alcuna: massime in quei Principi, che gouerno in quei gran sospetti di rottura.

Per tutte le sudette cause parmi di poter largamente affermare, che S. A. ama, & honora questa Seren. Republica, & che tenga un desiderio ardentissimo de la conservatione, & essaltatione di essa, come ne lo dir ultra se volem considerarl per la prima dalle parole, alle quali ben si può pressar fede, essendo da gli effetti giustificate, oltra che vengano da un Principe di così nobil natura, che lo sa ab hoc suæ ditionis Commendæ ei sunt concessæ.

Vrbinas idem quoque fecit, quoad Commendas, ac maxime se Eius Cels. obligatum fatetur, quod in turbis illis, ac motibus suæ ditionis, duo millia peditum sub suis stipendijs per quatuor menses ei promisit gratis, triginta coronatorum millium loco, quos mutuato ab ipso petierat.

Cum Mantuano eam habet amicitiam, quæ inter litigantes, de re aliqua graui esse solet, ac bonum est, quod in ea ditione nullæ sint Commendæ, quæ maiorem forte altercationem producturæ erant.

Vt autem & hanc partem finiam, in qua prolixior aliquanto fui, vt quæ forte huic Reipubl. maioris sit futura momenti, quam vlla alia, dico Sabaudiæ Ducem, meo quidem iudicio, semper futurum, dum poterit, neutralem. Et quamuis vires eius non sint tales, vt in diuturno bello tanta ea præsidia, quę præterito formauit anno sustinere possit, sustineri tamen quolibet impetus potest, cum dominia ea gubernantur prudentia qua V. Serenitas, & ipse quoque Sabaudiæ Dux suas gubernauit.

In Belgij enim motibus, in quibus sibi ab vtraque parte aliquem volebat parare respectum. Ad minimum enim tantæ erunt vt ad octo, aut decem loca præcipua conseruanda sufficiant, quibus etsi non posset totam seruare ditionem, saltem aliquam eius conseruaret partem: Et quamuis pagi aliaque loca aperta vim aliquam aut damnum paterentur, non adeo magnum id putandum esset, cum quacunque milites, siue hostes, siue amici transeunt, nulla ex ijs expectanda sit vtilitas. Et si in tot bellis inter Gallos ac Hispanos, in Italia gestis, nec Comites, nec Duces Sabaudiæ, suas amiserunt ditiones, nisi vltimo hoc, idq; propter certos respectus, quos superius commemoraui, cum non possent & in posterũ conseruari, hoc præcipue tempore sub Duce tantæ apud omnes existimationis, eoque tantis viribus ac tot munitionibus roborato?

Cum Lusitaniæ Rege ei conuenit optime, tum propter affinitatem per matrẽ, tum propter magnam, qua apud Regem est reputationem. Qui cum anno præterito subditos suos in armis exercere, ac eorum vsu instruere cuperet, misit ad Ducem rogatum, vt virum sibi ad hoc munus idoneum mitteret. Vnde Dux quatuor eo misit Capitaneos, ac Colonellum ad hoc opus aptissimum. Et posteaquam magnus Religionis Sanct. Mauritij & Lazari, creatus esset Magister, misit etiam ad Regem nobilem quendam, qui hoc ei nunciaret.

De Angliæ quoque Regina pauca sunt, quæ dicam, quemadmodum cum pacis tempore con-

inclinatissimo piu tosto à tacere, che à dir bugia, & certo che i ragionamenti non si basta, imaginarli, ne più ancoredoli, ne più affettuosi, de quali per mie lettere n' ho scritto pienamente, percio dirò questo solo di consideratione, che diuerse volte S. A. mi ha detto, & massime nel mio partire, queste formali parole. Sappiate Sign. r Ambasciatore, che fin quando io ero come priuato, & che vedeuo i grandi honori, che mi faceuano quei vostri Eccellentissimi Signori, & i gagliardi vfficij, con che procurauano ch' io tornassi in Stato, io promessi à dio di non essere mai ingrato à tanta cortesia, & d' essere sempre pronto à mettere quanto hauesse in seruitio di quella Serenissima Republica, la quale potra sempre promettersi di me qual si voglia cosa, che stia in mio potere, & cio di volta in volta mi diceua cō tanto affetto, che souente gli viddi gli occhi pregni di lacrime, & particolarmente tiene memoria de gli honori & fauori, che la sublimità vostra sendo Ambasciatore à Carlo V. gli ha fatti, & mi ha affermato più volte, che vuole vn giorno tornare à Venetia, per visitarla hauendo poi anco voto d' andare à Loreto.

Della seconda ragione, ch' è l' opinione & prontezza, che hanno i Principi di compiacere l' vn l' altro, di S. Altezza, posso dire il medesimo: perche l' ho ritrouato cosi facile nel negotiare, & cosi pronto nel compiacere, che non mi ha mai negato cosa, ch' io gli habbia à ricercato, per nome di Vost. Serenita, che stato sia in poter suo di farla, anzi che molte volte ha superato le mie dimande, tra quali fu, per dir anche qualche particolare, quando mãdando io in questa Citta gran somma di seuo per l' armata, da spalmar Galere, & opponendosi i Sindici di Turino, & d' altre Terre di Piemonte, dicendo, che ne patirebbe grandemente il Paese, per il mancamento delle candele, & di seuo, per altri seruitij. Il Signor Duca, non solo mi libero da quel contrasto, ma di più volse di essi seui denare liberamente i suoi datij, pagando di sua borsa colono, che tengono le Gabelle à fitto, come all' hora auuisai: Cosi parlandogli per vna semplice sospensione, d' vna causa criminale d' importanza, doue il Fisco veniua à guadagnare assai, ad instanza di vn Fiscone Bresciano, che supplico la Seren. Vostra, & che da lei ottenne vna littera, che mi comandaua fauorirlo, essendo egli sopra comito in armata: Cōmesse S. A. al Gran Cancelliere, che facesse quanto io voleuo, & doppo da se stesso ordino, che mai piu se ne parlasse, dicendo, quelli, che sono fauoriti dalla Ser. Republ. di Venetia, saranno ancora fauoriti dal Duca di Sauoia.

Ha dato sempre ogni fauore possibile à i soldati & Capitani, che veniuano di Francia, per venire sene alla guerra in Leuante, & dal suo Stato ha sempre lasciato cauare quella somma di soldati,

coniugij cum ea tractatio eo vsq; processerat, & iam electus esset Ducis paranimphus, qui confirmationem nuptiarum reciperet: ita nūc propter religionem & locorum distantiam nulla fere est inter eam & Ducem amicitia.

De Polonia nihil dici potest aliud, nisi quod optima expectetur intelligentia, tum propter strictissimam affinitatem, tum propter Serenissimum Principem, quæ E. M. summo amore prosequitur, ac in meo discessu misit S. Cels. Legatũ, qui S. M. de ille iu Regem electione gratularetur.

Magnum eum Germaniæ Principibus colit Dux amicitiam, sperans eam sibi aliquando posse vtilem esse, maxime cum Saxoniæ Electore, tanquam ex eadem oriundus, domo, & quod Electorum sit præcipuus. Hanc autem subinde missis Legatis & donis renouant vterque.

Cum Heluetijs quoque est in federe, maxime cum pagis Catholicis, cum obligatione promissionis, vt certam frumēti quantitatem ordinarie ipsis cedat, & si ad sui defensionem opus habeant, vt trecentos eis submittat equos. Econtra vero ipsi, si Duci aliqua incumbat necessitas, octo peditum millia submittant: nimirũ Bernates quinq; & Valesani tria, cum aliquot tormentis quantum secreto intelligere potui. Hæc cum Heluetijs cōfederatio magnam parit Duci reputationē quod etiam ex preteritorum temporum apparet exemplis, quamdiu enim Dux Carolus, huius Ducis Pater in fœdere cum Heluetijs fuit, tam diu ditionem suam in pace possidere ac retinere potuit, eo autem fracto, neq; amplius eorum curans amicitiam, aduentu Regis Francisci paruo tempore Sabaudiæ amisit statum, non solum ab Heluetijs non defensum, verum etiam maxima ex parte occupatum, dicentib. quod vetera eo modo sibi ipsis persoluerent credita.

Iam demum de eius erga V. Seren. animo atq; affectione loquar, ac dicam, hos esse modos, ex quibus bona, aut mala, inter principes dignoscitur. Primo ex verbis, & colloquijs: Secundo, ex opinione & promptitudine in mutuis officijs. Tertio, (quod plurimum ad statum pertinet) ex vtilitate, quæ ab hac mutua amicitia prouenire vtrinque potest. Et quemadmodum primus est in coniectura, & per consequens, fallax, ita & secundus est in opinione, quæ sic satis demonstrari & probari potest. Tertius vero absq; vlla contradictione certissimus est, in ijs præcipue Principibus, quorum ditiones magnis inimicitiarum sunt expositæ suspicionibus.

Ex omnibus hisce modis videor mihi certissime affirmare posse, suam Cels. hanc Ser. Rempubl. amare ac honorare, & ardentissimo desiderio eius cupere conseruationem, & exaltationē, quemadmodum primo videbimus, si eius primum

che da megli era ricercata, in tempo, che tutti i Prencipi d' Italia, hauean prohibito il leuare pur vn' huomo, da suoi Stati, concesse le galere che haueua l' anno della giornata, le quali comandate da Monsignor di Leyni fecero honoratissimo seruitio, se bene con tal suo danno, che l' anno seguente disarmate nel Porto di Villa Franca, astringendo Sua Altezza à negarle al Re di Spagna, che à dimano argliele, fa il primo, poi alla Seren. Vostra, & doppo anco al Pontefice, & io, che le ho vedute, & prima, & doppo, son buon testimonio; ch' erano inhabili al nauigare, anzi, che il terzo anno poi Monsignor di Leyni mi di coua, che ancora sentiua della giornata: & mi giuro presente il Duca, che quella battaglia gli costo vinti mila scudi. Molte altre cose potrei dire in questo secondo Capo, se non fusse il terzo, che è di stato, più vtile & benefico, sopra il quale come in saldissima base ci douenno fermarci.

Non è gran rispetto l' amore, & la stima della Serenita Vostra, verso quel Signor Duca, à far che i Re di Francia, & di Spagna stiano con lui? potendo questi due gran Re, ogn' vno à parte persuadere à se stessi, che questa Republica si, come ha fatto atto tanti vfficij, per fargli rendere lo Stato, così per conseruaglielo l' aiutasse, & soccorresse anco di qualche forze publiche, ò secrete per mantenerglielo. Non essendoui dubio, che non dourebbe piacere à qual si voglia Principe Italiano, & manco d' ogni altro, alla Signoria di Venetia, che niuna di questo Corone s' impatronisse di quello Stato, & se così è, come non è altrimente, non è d' vtile, & di beneficio alle cose di quel Duca, & nostre ancora, che quella maestà, per questo Capo maggiore le rispettino, Pariemente per gli honori & fauori, che riceue dalla Sernita Vostra, & per riceuere ogni giorno più non solo di parole, & titoli, ma di fatti ancora sene venisse l' occasione. Il Signor Duca di Sauoia terra adunque sempre, per questo, & per infiniti altri rispetti, ch' io non dico, come cosa superflua, la Serenita Vostra gratificata, & sara degnissimo, à mio giudicio, d' ogni continuatione di quella buona volontà, che questo Serenissimo Stato gli porta, come Sua Altezza sa benissimo, sendo Sua Maestà vsate di dire, che questa amicitia non patisce alcuna mutatione, come quella de egli altri principi, perche è Republica ben regolata, che con estrema prudentia regge, & gouerna: la quale reciprocamente per rispetto di Stato vogliono tutti i Saui che debba certare quanto può di conseruare i Duchi di Sauoia, & tenergli in stima, per fargli stimare da gli altri: poiche ostacolo si può dire del porta d' Italia: & stando male

mum considerare velimus verba, quibus merito præstatur fides, cum etiam factis sint confirmata. Præterquam quod à tam generoso, ac nobilis naturæ sint prolata Principe, qui tacebit potius, quam fictum aut falsum quid proferat, & reuera neque benigniora, neque amiciora imaginari quis potest colloquia, quam ea de quibus meis in literis, & sæpe & prolixe scripsi. Ibi saltem, tanquam considerationis præcipuæ dicam, quod S. Cels. sæpius, & maxime in meo discessu his ad me sit vsa verbis formalibus.

Scias D. Legate, quod cum priuatus adhuc essem, magnosque eos viderem honores mihi ab Excellentissimis viris Dominis oblatos, ac insigniora eorum auxilia, quibus procurarunt, vt in meum restituerer statum, Deo promiserim, me nunquam pro tanto beneficio futurum ingratum, verum omnia mea in Serenifs. Reipubl. seruitio expositurum. Ac poterit illa sibi omnia, quæ in mea erunt potestate, de me polliceri. Atque hæc aliquando tanto cum affectu protulit, vt sæpius etiam lachrymas ex oculis ei viderim erumpentes, præcipue autem eorum semper facit mentionem honorum, & fauorum, quibus Vest. sublimitas, cum eum ad Carolum Quintum Legatus proficisceretur, prosecuta est, ac sæpius affirmauit, aliquando se Venetias rediturum, eamque inuisurum, cum absq; hoc votum fecisset Loretum proficiscendi.

De secundo modo, aut ratione, nimirum de opinione & promptitudine Principum ad mutua officia, idem quoque de Sua Celsitud. dicere, ac affirmare possum, tam enim eum in negotiando facilem, tam in officijs promptam inueni, vt nullam mihi vnquam Vestræ Serenitatis nomine factam petitionem denegauerit, si modo in eius fuisset potestate, imò, quod multoties meas superarit petitiones. Inter quæ, vt aliquod in specie proferam exemplum, hoc numerandum, quod cum nuper magnam seui mitterem quantitatem, quo triremes illinerentur, ac Turinenses se mihi opponerent Syndici, vna cum alijs Pedemontanis, opponentes magnam eius in ijs regionibus, tam ad candelas conficiendas, quam ad alios vsus fore penuriam, Dux non saltem ea me liberauit contradictione, verum etiam mihi solita de ijs remisit vectigalia, de suo ea soluens, ijs, quibus ea elocata fuerant: quod certo tum comperi. Item cum apud eum pro simplici cuiusdam sic satis magni momenti causæ criminalis suspensione, ex qua magnum quoque erat fisco accessurum lucrum, intercederem ad instantiam Fisconis cuiusdam Bresciani, qui Vestræ Serenitatis supplex literas obtinuerat, quibus mihi demandabatur, vt ei adessem,

tamen

lui per innouatione d' Heretici, come à quei confini si sente qualche principio, ò per altro accidente, ben non potria senze il rimanent e d' Italia.

Vtilita & da li stati di questo Prencipe, fene può largamente promettere questa Republica, che le più principali sono, soldati, grani fin' al numero di cento cinquanta mila stara Vinitiani di formēto ogn' anno, quando qui ne fusso gran bisogne, legnami perfettissimi per Gallere & naui, animali per mangiare, come boui, & vitelli in quantita, canaue, tele seui, & cose simili, delle quale questa Cittā ne Cauerebbe vn beneficio notabile quando per condurlo si potesse in qualche maniera accommodare con i Datieri delli Prencipi de pò, il che non saria difficile, perche doue hora delle dette robbe non vi è gran commercio, quando si menasse sarebbe dalli detti Datiari tanto più auanzaro, massime se si contentassero d' accordarsi modestamente, del che n' habbiamo spesse ragionato il Signor Duca, & io & lo scrissi anco in consiglio di dieci, perche s' operasse, che il Ponteficericercasse à i detti Principi la condotta libera, come di cose concernēti al beneficio vniuersale della lega, & se bene non s' è tentato in queste mio partire mi ha detto S. A. ch' io affermi à Vostra Ser. che egli sara il primo à lasciare estrahere tutte le dette robbe senza pagamento di datio alcuno, per dar' essempio à gli altri, ma di più mi disse che quando anco gli altri non lo voglino fare, ch' egli ne più, ne meno vuole, che di niuna sorte di robbe che fara, bisogno à questo stato, paghino niuno suo datio, volendogli pagare della sua borsa, come ha fatto in mio tempo in segno maggiore della sua affettione verso la republica. Ma per concludere, Serenissimo Principe, dico, che nello spatio di tre anni, che è stata la mia Ambasciaria, mi sono trouato con quel principe in diuersi accidenti di questo Stato, nel Principio in vn dubio Stato di pace, ò di guerra aperta, & sanguinosa, in vna perdita del misero Regno di Cipro, & in tante & tante male nuoue, che ogni giorno veniuano, poi in vna cosi grande & si segnalata vittoria contra il Duco, & finalmente in vna pace, nella quale à prima faccia molti restauano mal sotisfatti, ma il Signor Duca di Sauoia l' ho sempre ritrouato in vn fermo termine à parte d' ogni fortuna di questo Stato, & pieno di desiderio de la grandezza, & essaltatione di questa Republ. preseruata, & custodita dalla mano di Dio Nostro Signore, anzi diro di piu, che quanto piu erano i trauagli, & le perdite maggiori di questo state, tanto più ero straordinariamente honorato, & fauorito da quel prencipe, dando con questo chiarissimo segno della prudenza, & ottimo animo suo.

Lasciai mio successore à quella Corte il Clarissimo M. Francesco Molino, il quale, per la bonta, & valor suo, & per l' affabilita della sua natura,

tamen classis V. Ser. officiali, mandauit S. C. Magno Cancellario, vt petitioni meæ satisfaceret, at paulo postea prohibuit, ne quicquam amplius in ea ageretur, addens quod qui à Seren. Venetorum iuuentur Republ. sibi quoq; iuuandi essent.

Omni semper fauore prosecutus est & Capitaneos & milites qui è Francia ad Orientalia proficiscebantur bella, atq; ex sua quoq; ditione milites conscribi passus est quod petieram, cum Italiæ principes, ne vnum quidem ex suis ditionibus educi volebant. Triremes nobis concessit quas eo anno habebat, quæ Domini Leynij ductu egregiam nobis in expeditione præstiterunt operam: quamuis magno suo detrimēto, adeo, vt anno sequenti quasi inermes in Villæ Francæ porta retinendæ fuerunt, atque eas Hispaniæ Regi qui primus petierat deinde & Vest. Seren. & demum ipsi Pontifici, Dux denegare coactus sit. Atque ipsa ego, qui eas, & ante, & post reditum vidi, certò testari possim eas ad nauigationem fuisse inutiles: imò ipse Leynius tertio post anno mihi retulit, eas adhuc eum sentire laborem, & præsente Duce sanctè confirmauit, eam expeditionem pluribus quam viginti coronarorum constare millibus. Multa præterea de secundo possem dicere capite aut modo, nisi etiam de tertio qui magis ad Politicam pertinet, ac maioris est momenti, & cui tanquam firmissimæ basi inniti possumus, dicendum esset.

Annon magna ex Ser. Vest. amicitia ad Ducem prouenit vtilitas, cum vestra præcipuè opera Galliæ & Hispaniæ Reges, ipsi quoq; sint amici, cum ambo illi potentissimi Reges sibi certò persuadere possint, hanc Rempubl. quemadmodum omnia proposuerit ac tentarit media, vt ei sua restitueretur ditio, ita etiam vt conseruetur omnib. cum vt publicis & priuatis adiututam auxilijs. Nullum enim est dubium quin omnes Italiæ Principes ac præcipuè Remp. Venetam egrè laturos, si horum Regum aliquis hanc sibi ditionem subijciat. Quæ cum ita sint, annon & Ducis & nostris rebus etiam est consultissimum, vt hac de causa Reges illum quamuis longè superiores, suspiciant? Idem quoque sentiendum est de honoribus & fauoribus quos à Vest. Ser. quotidie non verbis solum & titulis verum etiam factis recipit ac recipiet vlterius si vlla sese offerat occasio. Habebit itaq; Dux propter hoc alios respectus quamplurimos, quos hic recensere superfluum puto, Vest. S. magno in honore, ac gratum se quantum poterit ostendet. Ac meo quidem iudicio ea Ser. Vest. in bona hac voluntate continuatione erit dignissimus. Nota quoq; S. Cels. hæc Seren. Reip. erga se affectio, ac solita est dicere, amicitiam hanc nulli esse mutationi expositam, vt aliorum Principum solent esse amicitiæ: cum optimè ac max. ma cum

& per tant' altre honoratissime qualita, supplira di gran lurga à quanto hauero io mancato, & quello che lo fa tanto più grato è l' essere di lunga mano conosciuto, & consequentemente amato da loro Altezze, & da tutta quella Corte, poiche à tempo del Clarissimo Ambasciator Correro vi stette molti mesi, & se in alcun luogo del mondo l' huomo ha occasione d' imparare assai l' ha sopra tutte l' altre nella Corte di Sauoia: come sanno le SS. VV. Eccellentissime, in parte, che lo possiamo chiamace termine di principali prouincie d' cioè Italia & Francia, conuiene che per necessita del suo site vi concorrano quelle nationi, & cosi di Spagna ancora, oltre molt' altre sorti di gente, come Thedeschi & Suizzeri, delli quali è tutta composta quella Corte, di sorte che si come nell' altra s' impara solamente vna lingua, & la maniera d' vna sola natione principa mente, cosi la è di bisogno trattare, & hauere commercio con tutti, in che è anco necessario molta destrezza, occorrendo alle volte, che volendo farsi amico dell' vna, si casca in diffidenza dell' altra. Pero conuiene sforzarsi l' huomo publico, & che tratta con tutti, d' esser molto circonspetto, & con il non credere leggiermente ogni cosa, & con il non diffidare sempre di ciascuno tenere i negotij in modo nella biancia, che si possa seruire bene la Serenita Vostra, come mirendo certo, che fara il Clarissimo Molino in tutte le cose, il quale non ho mancato di informare, più per fare il debito mio, che per bisogno che ne fusse.

Di me medesimo Serenissimo Prencipe, & Eccellentissimi Signori, non mi pare, che mi conuenga dire altro, se non che ho operato sempre con ardente desiderio del beneficio, & reputatione di questa Seren. Republica, & con quella desterita, che conuiene all' huomo publico, & per gratia, di Dio, mi è venuta fatta, non toto di conseruare, ma come mi sono chiaramente accorto nel corso della mia legatione, d' agumentare l' amore, & bu na inclinatione & volonta di quel Principe verso di quest. Stato, il quale mi per di potere affermare, che sia fatto vn solo non lo Stato di Sauoia.

Molti honori & fauori hò riceuuto da loro Altezza, come Ambasciatore di Vostra Serenita, che longa saria raccontargli tutti, tuttauia ne diro alcuni, se bene le mie lettere ne sono piene, & il Clarissimo Ambasciatore Molino scrisse, an quanti fauori ero partito da Turino, & con quanta dignita di questa Serenissima Republica.

Prudentia hæc regatur Respubl. Atque ea quoq; certis rationibus quantum potest operam dare debet, vt Sabaudiæ Duces conseruentur, atque ab alijs suspiciantur, vtpote qui claustra ac portas Italiæ tenere ac custodire dici possunt. Etsi ipsi male sit, siue propter hæreticos siue propter alia accidentia, reliquæ certe Italiæ bene esse non potest.

Vtilitatem sibi ex Principis huius ditione, Respubl nostra polliceri poterit maximam, propter varia quæ ex ea recipiet commoda. Præcipua autem sunt, milites, frumenta ad centum & quinquaginta mensurarum Venetarum millia quotannis, si aliqua vrgeret necessitas, item ligna optima ad triremes fabricandas: item animalia ad cibum, vt boues, vitulos ac similia, item canabem, lintea, seuum, atque eiusmodi alia, è quibus magnum esset huic ciuitati emolumentum, si in eorum vectura aliqua cum Padi Principum publicanis possit initi commoditatis ratio. Quod non adeò futurum difficile puto, quia paruum earum rerum quod hodie est commercium, à publicanis illis multum augetetur, si honesto aliquo contenti essent vectigali. Qua de re sæpè inter Ducem & me facta est mentio, & scripsi aliquoties ad Decemuirorum consilium, vt Pontificem admonerent, vt liberam ab illis Principibus peteret vecturam, tanquam rerum ad commune totius fœderis pertinentium vtilitatem. Et quamuis tentatum hoc nondum sit, promisit tamen dux in meo discessu, primum se futurum, qui illas educi sineret merces absque vllo vectigali, vt alijs exemplo sit: & quamuis alij eum non velint imitari, se nihilominus de nullis mercibus quæ ad huius Reipubl. vsus exportabuntur vectigalia dari passurum, imò de suo ea soluturum, quod & factum meo tempore, in certissimum affectionis eius erga nostram Rempubl. testimonium.

Vt autem concludam, Serenissime Princeps dicam quod trium illo annorum spatio, quo in hac fui Legatione, in diuersis fui cum eo Principe huius Reipubl. casibus. Primo in dubio pacis bellique cum Turca statu, deinde in bello aperto & crudelissimo, in misera Regni Cypri amissione, ac in tot tantisque contrarijs nuntijs quæ adferebantur quotidie: In tanta ac notabili de Turca Victoria, & demum in pace, ad cuius primum aspectum multi ad indignationem fuerunt commoti: In Duce vero eundem semper perspexi animum, nullaque Status nostri fortuna mutatum, sed semper eius exaltationis ac magnitudinis à DEO hactenus custoditæ cupidum: Imò dicam quanto maiora huic Reipubl. incumbebant pericula, ac detrimenta, tanto maiore me Princeps etiam extraordinarie prosequebatur honore & fauore: atque hoc ipso & Prudentiæ & suæ erga nos affectionis manifestum dabat indicium.

Reliqui

Reliqui in ea aula successorem Clarissimum virum Dominum Franciscum Molinum qui pro sua bonitate, valore, affabilitate suâ naturali, alijsque egregijs animi doribus, largissime ea quæ à me omissa sunt, compensabit. Et quod eum tanto ibi faciet acceptiorem, est quod iam dudum S. Cels. cognitus, atque hinc charior toti est futurus aulæ, vt qui multos ibi menses fuit cum Correro Legato. Et si in toto locus est terrarum orbe, in quo aliquid discendi sit occasio, certe præ omnibus alijs hæcce est aula, in tali vt VV. SS. sciunt parte sita, vt præcipuarum Europæ Prouinciarum terminus meritò dici possit: Italiæ nimirum Franciæ ac Hispaniæ etiam, quarum incolæ ibi necessariò concurrunt, præter alias quoque nationes Germanos videlicet & Heluetios, è quibus aula hæc præcipuè constat: ita vt quemadmodum in alijs vna saltem addiscitur lingua, atq; vnius saltem nationis percipiuntur mores, ita hic cum omnibus instituenda est conuersatio. Qua in re magna quoque opus est dexteritate, ac sæpius accidit vt qui vnius quærat amicitiam, in alterius incidat diffidentiam ac suspicionem. Vnde multa opus est viro, qui in publico est officio, & cui cum plurib est commercium, circumspectione ne cuiuis facile credat, nec tamen omnibus diffidat, ac hoc modo omnes in æquilibrio teneat, vt Dominis suis bene inseruiat: quod & Clariss. Molinum facturum confido, cui admonitionibus non defui, magis vt meo satisfacerem debito, quam vt meorum monitorum eum indigere putarem.

De meipso Sec Princeps, & vos Excellentiss. D. non puto conuenire vt dicam aliud, quam quod semper ardentissimo studio beneficio ac reputationi huius Ser. Reip. inuigilarim: eaq; dexteritate quæ virum publicum decebat, per Dei mihi concessam gratiam non solum conseruasse verum etiam, quod clarissimè in Legationis meæ cursu percepi, auxisse amorem & beneuolentiam illius Principis versus hunc statum, quem mihi affirmare posse videor, vnum eundemque cum Sabaudia esse.

Multos ab illius Celsitudine tanquam Vest. Seren. Legatus percepi honores, quos hic recensere nimis longum esset, quamuis litteræ meæ ijs sint plenæ. & ipse quoque Legatus Molinus scripsit, quanto fauore, quantaque cum huius Reipubl. dignitate, Turino discesserim.

CAP. XXX.

TRATTATO IN MATERIA DI FORTEZZE.

TRACTATVS DE FORTIFICATIONVM MATERIA.

Macaroneam hic amice ac Candide lector, non ægrè feres, vt pote ferè necessariam. Si n. Romanorum in nouis huius temporis munitionib. adhibeas vocabula, impropria erunt, neq; sufficienter intellecta. Adde quod & multa hic occurrunt, quæ apud antiquos non fuerunt in vsu, vt Scarpæ, cortinæ trencheę; casamettæ, canomariæ, &c. Quæ si Latina facere velis, aut tædiosis opus erit circumscriptionibus, aut nomina prorsus noua erunt inuenienda, ne ipsis quidem Latinis absque nomenclatore intellecta. Satius itaque duxi, vsitata, ac tanquam artis vocabula, Macaronico more ad Latinas saltem inflectere terminationes: ne dum nimis scrupulose ac ornatè dicere conar, & oleum & operam perdam, à nemine interim intellectus.

LE fortezze si fanno in diuersi modi, si come diuersi sono li siti, perche in terra piana, oue s' ha commodità di piazza, & che il nemico ha anco maggior forza d' offendere, vi vogliono fortezze reali, con li membri tutti proportionati à tal realta: tanto più essendo di terra buona, della quale il nemico potrà valersi mirabilmente cosa che in monte il sasso fa le fortezze più forti, & il nemico non ha piazza d' accamparsi, nè terra da coprirsi, nelli quali luoghi sara escusato, quando non si vsi tanta realtà di diffesa, perche anco meno è l' offesa. Onde due saranno li modi da fortificare:

Primo quando si hauera à piantar fortezza tutta da nuouo in luogo piano, oue non s' habbi obligo à dirupi à monti, à fiumi, à valli, à mari, à paludi, à stagni, à laghi, ò fabriche vecchie, & l' altro è, quando si hauerà obligo ad vna della sopradette cose. Perche discorrendo sopra quelle, che sono libere, si hauerà risguardo al bisogno del suo

DIuersis modis fiunt munitiones aut fortificationes, pro situum nimirum diuersitate: in planicie enim, vbi loci est commoditas, in qua etiam hostis maiorem habet offendendi opportunitatem, maiori ædificandæ sunt cura ac circumspectione aut proportione ad omnes necessitates respondente. Præcipuè si terra sit bona ac firma, quæ magno quoque vsui est hosti. In saxosis verò montibus, ipse situs muniendi necessitatem minuit, nec hostis ad castrorum metationem locum, neque terram qua se cooperiat inuenit. Non itaque tam operosa ibi opus erit defensione, cum tanta non sit timenda offensio. Duo itaque erunt fortificationum modi.

Primus cum de nouo prorsus erigenda erit munitio, in loco plano vbi nullus sit montium, fluuiorum, vallium, paludum stagnorũ lacuum, aut veterum ædificiorum habendus respectus. Alter

Prencipe, et alle forze, che stanno per offenderla, & però rappresentato quanto siano le forme, acciò che da quelle ogni giudicioso possi eleggerne la più proportionata al suo bisogno.

La minor forma adunque è in tre baloardi fatta sopra un triangolo, & così sussequentemente dal quattro al cinque, fino al dieci, & dodici, benche à i tempi presenti non si ritroua chi voglia piantar così gran machina, perche quanto al potere si potrebbe far fortezze di dieci dotto, & vinti baloardi, ma hauendo risguardo al primo oggetto suo, che è di far che pochi possino resistere a molti, con il farle così grandi veniressimo a cascar diretto contrario alla prima proposta nostra: perche altre la gran spesa, che andarebbe a far una fortezza di vinti baloardi, vi vorrebbe anco un grosso presidio per guardarla in tempo di pace, si tempo di guerra non si potrebbe calare d' un essercito per difenderla, perche in tanto circuito in molti luoghi il nemico ci offenderebbe, il qual essercito in campagna sarebbe bastante da tentar la fortuna della battaglia, & però si limiterà la maggior fortezza, che possi bisognar a' tempi presenti de' Principi Christiani di baloardi dieci, ne si è ritrouate fin' hora, che se ne habbi fatta alcuna simile tutta in un tempo da alcun Prencipe Nicosia eccettuata, la qual era di vndici baloardi, & se alcun mi dirà, che sia stato forcificato Anuersa, dico, che non e circuita tutta di muraglie nuoue, & che dal principio della sua fortificatione fin' al fine è passato 60. anni.

Li Borghi di Roma sono fortificati ancora di nuouo, ma non tutti. La Città nuoua del Sol del Gran duca di Toscana nell' Elba, Bergamo, Borgo San Donino, Candia, & Casal di Monferrato, non è alcuno, che passa dieci baloardi, che sono fortezze, che circuiscono molto, & ben ch' io habbia detto, che se ne possi far di tre, non laudarò per che si faccino, ne di quattro, se non per gran necessità farle di cinque, perche riescono gli angoli tanto acuti, che hanno del diffettoso.

Darò adunque vna Regola generale, che tanto seruirà per queste fortezze di Piano, quanto per quelle di Monte, le quali sono differenti da queste: perche si come le piane sono in necessita di abbracciar con la sua fortificatione tutta la circonferenza, così in queste, che hanno risguardo ad alcun sito, che le fà forti, si fortificarà solo quella parte, che hauerà di bisogno, parlando di fortificar alla reale, perche il rendersi sicuro dalle parti di mare, ò di Dirupi con muraglia semplice, & fianchetti ogni vno lo sapra fare, & ogni cosa bastarà.

La regola adunque generale di tutte due queste sorti di fortificationi è, che ogni tramito di due cento passa Venetiani, che si ha bisogno di fortifi-

vero econtra vbi ad harum rerum aliquam est obligatio. In liberis autem necessitatis Principis, & vitium quarum timetur offensio, est habenda ratio. Ostendam itaque quot earum sint formæ, è quibus quisque pro suo ingenio eam eliget, quæ magis ipsi videbitur commoda ac necessaria.

Minima itaque forma est, trium propugnaculorum (baloarda ea in posterum vocabimus) in triangulo dispositorum ac deinceps, quatuor, quinque vsque ad decem vel duodecim. Quamuis hisce temporibus vix quisquam inueniatur qui tantam cupiat erigere machinam. Nam quoad possibilitatem, etiam octodecim vel viginti fieri possent baloarda: Si vero præcipuum fortificationis obiectum respicias, nimirum vt pauci multis possint resistere: tanta moles huic è diametro erit contraria. Præter enim intolerabiles fere sumptus, qui ad viginti Baloardorum fortificationem requirerentur, magnis etiam, vel pacis tēpore, opus esset præsidiis ad eius custodiam, & ingruente bello, iusto opus esset exercitu. In tam magno enim circuitu vndique esset timenda ab hoste offensio, ita vt qui ei resistere deberent, sufficientes essent qui vel in aperto campo Martis aleam tentare possent. Limitabitur itaque maxima quæ inter Principes Christianos hisce temporibus fieri possit munitio, decem ad summam baloardis: neque vlla adhuc inuentus est qui eo vsq; peruenerint, sola excepta Nicosia quæ vndecim baloarda habuit. Et si quis obiiciat, Antuerpiam in toto esse circuitu munitam: respondeo, non vna id factum vice, neque nouis eam circundatam mœnibus, verum ab eius fortificationis initio, vsque ad eius absolutionem sexaginta interfluxisse annos.

Romana suburbia etiam de nouo munita sunt, verum non omnia. Sola noua ciuitas quam Magnus Hetturiæ Dux in Elba ædificauit, item Bergamum, Burgum S. Domini, Candia, & Mōtisferrati Casale, magnos habent circuitus, non autem vlla est quæ decem baloarda superet. Dixi trium posse fieri baloardorum munitionem, non tamen probo vt tam fiant paruæ, ac ne quatuor quidem, quinque admittam quidem, sed non nisi in maxima necessitate: nam anguli nimis fiunt acuti, ac defectuosi.

Regulam itaque dabo generalem, cuius tam in planitie, quam in montibus erit vsus, quamuis magna alias inter vtrunque situū sit differentia. Quemadmodum in planicie, tota circumferentia in fortificatione est includenda, ita in montibus semper est aliqua situs cōmoditas qua naturaliter etiam muniuntur, atque illa saltem pars est fortificanda quæ hostili accessui est expo-

tare vi si disegni di far un baloardo, ò per dir meglio due mezzi baloardi un per capo, & quando sarà quattrocento passa in circa si farà due mezzi baloardi, & un baloard nel mezzo, & in seicento passa si farà due baloardi nel mezzo, & così si gira aumentando il numero de i Baloardi, intendendosi similmente delle fortezze in piano, le quali quando circuiranno mille passa entrando il ducento cinque volte nel mille, si dissegnarà di far cinque baloardi, la sesta mille ducento passa, la settima mille è quattrocento, & così susseguentemente, ilche hò facilitato con il disegno, che sarà qui ammesso, con che si vedrà le forme da trè sino a sette, cō li suoi diametri, & angoli, & scale fatte. Ma hora passarò a più particolari hauendo discorso assai sufficientemente sopra Generalità, che sarà con dissegnar la fortificatione d' un tramito di ducento passa, specificando, che quando calasse di quindeci, ò vinti passa in strettezza di sito non importarebbe, & quando anco crescesse quaranta, ò cinquanta passa non si sarebbe più baloardi, che di due mezzi detti, vero è, che quando arriuasse a i trecento si potrebbe dissegnar nel mezzo di fa-rui un baloardo, & quando fosse meno dicento bisognarebbe venire à un straordinario di far una tanaglia, una forbice, ò un Pontone, intendendo parlar di queste necessità in luoge de monti, & però io dissegnarò come hà da gir fatta Realmente, lasciando la cura chi hauerà tal carico di esseguire, si come li concedera il sito, oue hauerà d' accostarsi a più suo potere alla regola, li darò, & qui incomincio

Stirarà una linea supra la carta, che la intendere mo per il sito da fortificare, & una disse naremo da una parte del foglio, la qual si diuidera in ducento passa, ò per scinar tanta fatica in decene, la quale ci seruirà per misura, d' ogni nostra attione, & questa si chiamarà scala, & fatta questo si pigliarà il sesto, & alli capi della linea nostra, che hauemo da fortificare, gli assegnaremo vintiotto passa per capo, si che sumando ambi li capi, sarà cinquantasei passa, leuati dall ducento, tanto che restarà cento quarantaquattro passa di netto della linea ò spatio, & sopra ogn' uno di questi vintisei passa se gli ponerà la squadra d' angolo retto, la cui gamba una gira sopra la detta linea, & l' altra dissegnarà la nestra intentione, che sarà una linea perpendicolare, co' l compasso si taglierà il soprabondante di trenta passa, & fatto cio si diuiderà li cento quarantaquattro passa restati di mezzo, ò interposti in tre parti, si che ogni parte sarà quarantaotto passa, & pigliando la riga alli due terzi di detta Cortina, che così si nomina, che sarà alli quarantaotto duplicati, facendo nonantasei passa, & si drizzerà all' estremità di quella linea perpendicolare fatta di trenta passa, tanto che oltra

sita. Loquor autem de vera ac reali fortificatione: nam cuilibet notum esse puto, quomodo præcipitia, aut loca maritima simplicibus muris ac defensionibus quas flancos vocant, muniantur, & quiduis fere sufficiat.

Regula itaq; generalis ad omnes hos muniendi modos pertinens hæc esto. Ad omnem distantiam ducentorũ passuum Venetorum vnũ adhibeatur Baloardũ, aut vt clarius dicam, duo media ita vt ab vtraq; extremitate mediũ sit baloardũ: si vero sit quadringẽtorum passuum: tum in medio erit baloardum integrum ac dimidium in quaq; extremitate, in sexcentis duo erunt baloarda in medio: atq; ita augebitur baloardorũ numerus ꝓ distantiæ aut tramitis ratione. Quod intelligendum etiam in ijs munitionib. quæ in planitie fiãt vt si totus circuitus sit mille passuũ, vbi quinquies ducenti sunt, quinque fiant baloardi, si mille ducentorum, sex, & mille quadringentorum, septem: atque ita deinceps. quod facilius intelligetur inspecta delineatione quæ hic annectenda erat, omnium formarum, à trium baloardorum munitione vsque ad septem, cum suis diametris angulis, & mensurarum scalis.

Nunc vero cum satis de generalibus dixerim, progrediar ad specialiora, proposito ducentorũ passuum tramite aut distantia fortificanda, in qua quamuis propter situs angustiam quindecim aut viginti passus essent minus, nihil interesset, aut si etiam quadraginta aut quinquaginta superessent, non tamen pluribus opus esset baloardis, quam duobus dimidiis in extremitatibus collocatis. Si vero ad trecentos extenderetur, faciendum esset baloardum in medio. Sin autem aliquanto minor esset distantia, ad extraordinarium tum esset perueniendum, vt nimirum aut forceps aut forpex, aut Ponto fieret, vt plerunque in locis montosis eiusmodi angustiæ & necessitates occurrunt. Delineabo autem quomodo ea perfecte fieri debent, architecto aut illi cui structura demandata erit relicta cura & iudicio, vt omnia exequatur pro situs ratione, quantum poterit ad regulam quam ei præscribam accedens proxime. Atque hic initium faciam.

